


Gallet [illegible]
1768



JOHANNIS HILPERTI,
In Illustri JULIA Professoris
Publici & Ordinar.

# DISQUISITIO
## DE
# PRÆADAMITIS,

*Anonymo Exercitationis & Syſtematis Theologici Auctori Oppoſita.*




ULTRAIECTI,
Ex Officinâ Johannis à Waeſberge,
CIↃ IↃ C LVI,



*Magnificis, Nobilissimis, & Excellentissimis Viris,*

D. JOHANNI Schwartzkopff JCto.
D. HENRICO Langenbek JCto.
D. JUSTO KIPIO JCto.

*Serenissimorum Ducum Brunsvic. & Luneburgens. Consiliariis intimis & Cancellariis, perennem felicitatem.*

QUam ad nuperi Pre-Adamitarum inventoris argumenta paucis abhinc mensibus responsionem paravi, eam nunc tandem eruditorum omnium oculis sisto, & in lucem publicam emitto. Etsi enim nonnulli stuporem inepti auctoris magnanimo contemtu vindicandum existimaverunt, meliùs tamen alii seriò castigandum censuerunt, ne temerariæ assertionis profanitate divinas literas coinquinare perge-

ret homo, qui summam ingenii laudem existimare videtur, rebus firmis robur, certis fidem, claris lucem auferre; quique homines ante Adamum conditos hâc fini (ut apparet) affirmare ausus est, ut ad quodlibet opinandum projectæ audaciæ suæ, & Christianis omnibus contradicẽdi libidini, tantò indulgentiùs vacare posset. Quod quam iniquè factum, paucis in hoc libello meo ostendi, & multis de causis in Vestro, Viri Magnifici, Amplissimo nomine apparere volui. Nam si fœtus literarii iis jure meritoque dicantur, qui de libri pretio, quàm rectissimè judicare valent, ad Vos cumprimis mihi eundum erat, qui inusitatam quandam Jurisprudentiæ, Historiæ, Philosophiæ, atque omnis in universum bonæ eruditionis scientiam animo complexi estis, eidemque Theologiæ sacrarumque literarum tantam intelligentiam & peritiam adjunxistis, ut in isto studiorum genere

nere inter Vestri ordinis Viros, paucissimos æquales, superiorem autem neminem habeatis, ideoque præ multis aliis accuratissimè arbitrari possitis, utrum veritatis causam probe recteque egerim, & contra imperiti hominis temeritatem divinæ Scripturæ sanctissima oracula defenderim satis, quæ ille infelicis audaciæ tenebrio indignis modis mihi semper depravasse visus est. Quòd si limato Vestro judicio à me disputata, & Anonymo responsa, probaveritis, nihil omninò causæ erit, cur aliorum, etiam acerrima judicia extimescam. Hæc una nimirum causa, ut cæteræ abessent, satis foret, ut Vos huic opellæ meæ Patronos advocarem, & Illustria Nomina vestra præscriberem. Sed sunt prætereà & aliæ: ut enim nunc omittam ingentia merita Vestra, in Ecclesiam, Rempublicam, ac universam Patriam collata, quæ & captum meum longissimè transcendunt, & tanta

ſunt, ut in præſentia pro merito non queant dilaudari: ut nihil etiam dicam de admirandis virtutibus Veſtris, omni elogio meo majoribus, propter quas in omnium ore & prædicatione verſamini; id ſaltem dixiſſe jam ſufficiat, ea eſſe Veſtra in Academiam hanc noſtram, ac ſingula ejus membra, beneficia, quorum vel ſola contemplatio impellere me potuit, ut Vobis iſtam lucubratiunculam conſecrarem. Quam Sereniſſimi Brunſvicenſium & Luneburgenſium Duces, ceu benigniſſimi Parentes filiam, foverunt, novis muneribus amplificaverunt, & pro incredibili propēſione ſuâ ac Clementiâ ſubinde locupletaverūt: ejus vos propugnationem defenſionemque, quâ gratiâ, quâ auctoritate ſuſcepiſtis, nec ullam unquam occaſionem, ſive Academiam, ſive membra ejus & Profeſſores, ornandi prætermiſiſtis, & in tàm laudabili propoſito conſtanter hucuſque perſeve-

ſeveratis. Quę cum ſeria cogitatione mecum perpenderem, & paulò curatiùs penſitarem, iniquè me facturũ exiſtimavi, ſi Academiæ qualecunque membrum, tàm benignos Academiæ Patronos, & certos amicos non ſubmiſſè venerarer, & aliquo ſaltem grati animi ſigno obſervantiam meam non teſtarer. Itaque cùm quod debebam, nullâ pene ex parte poſſim, illud ſaltem, quod nunc quidem poſſum, ſi voluero, tùm vero officio meo me quadantenus functum eſſe putavi. Accedit ſingularis illa Veſtra in ſummâ dignitate humanitas, ac in fovendis clientibus benignitas & benevolentia, quâ cum & me, clientum Veſtrorum infimum, nullo meo aut doctrinæ meæ merito, tàm prolixè ſemper proſecuti ſitis, non potui, quin præter privatum pietatis officium, quo meritorum Veſtrorum memoriam perpetuo proſequor, hoc publicum ſingularis erga vos obſer-

vantię meæ pignus Vobis offerrem, haud quidem par meritis & dignitati Veſtræ, ex devoto tamen, Veſtriſque obſequiis addicto animo profectum, ex quo magni viri cumprimis ſolent oblata ſibi munera æſtimare. Nec enim ſemper rerum ipſarum magnitudo, ſed ſtudium, pietas, & obſervandi voluntas ſpectari ſolet; quas quidem res, cùm cęteras minùs poſſim, ut prompto ſemper animo præſtem, nec operæ ulli parcam, & ex viribus uſque allaborabo. Id denique obnixè etiam atque etiam rogo, ut & inpoſterum ſingulari illo favore, quem immerenti mihi ſemper exhibuiſtis, me complectamini, & inter clientes Veſtros, ſerios ac fidos, numeretis. Deum veneror, ut Vos, Nobiliſſimi Viri, Eccleſiæ ac rei literariæ bono mortalium cœtui quàm diutiſſimè intereſſe patiatur, ut quam magnâ cum nominis Veſtri gloriâ Rempublicam hactenus adminiſtraviſtis,

dein-

deinceps etiam optimis ac ſalutaribus legibus informatam, variis ac ampliſſimis ornamentis ſubinde locupletetis. Scripſi in Academiâ Juliâ, ad diem XIV. Februarii. ANNO CIↃ IↃ C LVI.

V. V. V.

Magn. Magn. Magn.

*Submiſſè colens & venerans*

JOHANNES HILPERT.



CAPUT

JOHANNIS HILPERTI

Diſquiſitio

*DE*

# PRÆADAMITIS.

## *CAPUT PRIMUM.*

I. HAud ita diu eſt, quum inter melioris eruditionis ſarcinas liber anonymus ad nos deferretur, in quo tot opinionum portenta, tot novæ & hactenus in univerſo Chriſtiano orbe, omnibuſque retro ſeculis inauditæ ſententiæ ſine fine propemodum & modo coacervantur, ut jure merito quis dubitaverit, an inde à nato generis humani Servatore ad noſtra uſque tempora liber iſti ſimilis in lucem hominum prodierit. Etſi enim vix ulla ætas à Chriſtianæ Eccleſiæ exortu ab errorum labe immunis fuit, & omnibus pene, cumprimis verò priſcis illis Eccleſiæ primitivæ ſeculis inventi ſunt, qui nunc hanc, nunc illam doctrinæ divinitùs revelatæ partem corruperunt, & divinas utriuſque fœderis tabulas in ſenſum à mente Spiritus Sancti alienum detorſerunt: nemo ta-

men huc usque repertus est, qui uno in libro multa adeò ab omnibus omninò Christianis communi consensu recepta dogmata tam acriter impugnaverit, & contraria omnia tàm seriò, tàm ex professo docuerit, quàm in anonymi Exercitatione & parte primâ systematis Theologici factum esse videmus. Atque ut è multis A. commentis nunc pauca saltem promamus, verbosissima oratione dicit; repetit, inculcat; *peccatum fuisse in mundo ante legem Adamicam, homines peccavisse ante Adamum, Adamo naturaliter inhæsisse peccatum naturale ex vitio naturæ suæ & materiæ peccatricis quâ formatus est, homines ex peccato Adami morbis non esse obnoxios, homines fuisse morituros, etiamsi Adamus nunquam peccavisset, plures esse spiritus creationis, cognitionem, sanctitatem, & immortalitatem nusquam comparari potuisse virtute creationis primæ, electionem Judæorum incepisse ab Adamo, Gentiles origine esse diversos à Judæis, Deum effinxisse Adamum propriè manibus suis, Alienigenas esse, quibus genus non est ab Adamo, Judæos à Gentilibus differre specie, die sexta creationis formatos à Deo fuisse masculos & fœminas ubicunque terrarum, creationem esse vel generalem omnium gentium, vel particularem primi Judæi,*
*Ada-*

*Adamum non illico & primo die, sed ex intervallo, successivè & per ætates suas provectum fuisse ab infantiâ & adolescentiâ ad virilem statum, Evam illo eodem die, quo extracta fuit ex costa Adami, non fuisse nubilem, Evam viri potentem factam adductam fuisse ad Adamum, Adamum nihil adeptum fuisse, quod perfectum humanum superaret, multa in libris Mosis legi obscura, confusa, inordinata, trunca, mutila, invicem pugnantia, ut frigida calidis & sicca humentibus, diluvium Noachicum non fuisse effusum super universum terrarum orbem, sed super terram saltem Judaicam, non omnes terrarum omnium populos à filiis Noachi fuisse propagatos, mundum non fuisse conditum cum Adamo formato, nos non novisse principium illud, quo Deus cœlum & terram creavit, æternum esse ante æternum & ab æterno, post & ultra æternum, nullum unquam mortalium mortuum esse ob peccatum Adami, mortem æternam non consequutam esse condemnationem illam mortis quæ decreta fuerat ex peccato Adamico, Adamum non dedisse pœnas peccati sui; infantes peccavisse ad similitudinem transgressionis Adami, imputationem transgressionis Adamicæ retrò actam fuisse in antecessores Adami, &c.*
Cumprimis verò magno nisu & appara-

tu nec minore omnium Christi fidelium scandalo demonstrandum sibi sumit, *ante Adamum alios homines à Deo fuisse conditos, & Adamum saltem Judæorum, non autem omnium hominum simpliciter primum ac patrem fuisse*, quemadmodum libellos supra memoratos legenti & ex inferiùs dicendis liquido patescet.

II. Hæc sunt nova illa A. ἑυρήματα, quæ responso & confutatione indignâ cuipiam videri queant, & quidem duabus potissimum de causis: Primò quia omnia illa in universâ antiquitate Ecclesiasticâ inaudita sunt, quibus proinde confutandis apud omnes doctos rerumque gnaros hæc unica responsio satis est, *hanc Catholicæ Ecclesiæ sententiam non esse, neque talia Patres sensisse, ejusmodi ibi legi, cujusmodi à nemine unquam in Ecclesia dicta comperiantur*, uti sanctissimi Ecclesiæ Doctores novitatum & absurditatum hamaxariis omnium rectissimè quondam respondebant. Deinde quia causam suam tanto molimine susceptam nonnisi ineptè & imperitè agit, dum multa quidem affirmat, sed nihil admodum probat; aut si quid interdum probare conatur, nil nisi levissimas conjecturas & suspiciones, ineptas ac cōtortas scripturæ interpretationes, frigidas distinctiones, jejunas exceptiones, strophas & argutias ad-

adfert, uno verbo, magno conatu magnas nugas agit. Quia tamen diſputatio iſthæc cumprimis verò controverſia de Præ-Adamitis, non Studioſæ ſaltem juventutis, ut plurimum in cautæ & ad nova amplectendum pronæ, ac verum à falſo diſcernere neſciæ, verum etiam Principum & doctorum virorum oculos in ſe convertit, ipſe etiam A. cunctas ingenii ſui vires intendit, omnemque eruditionem ſuam huc ſpecioſè contulit, ut veritate exulare juſſa in ejus locum portentoſi ingenii ſui ſcita, ſomnia & commenta obtrudat, & de mortalium omnium ignorantia triumphaſſe exiſtimari poſſit; non contradicēdi ſtudio, ſed ſolo ſanctiſſimæ veritatis amore impulſis nobis viſum eſt, A. libellis brevi lucubratiuncula reſpondere, & momenta rationum, quæ novitiis iſtis ſententiis prima fronte ſpeciem aliquā & colorem præbere videntur, aliquantò propiùs contemplari.

III. Non eſt autem inſtituti noſtri, de omnibus A. vertiginoſis opinionibus prolixè & ex profeſſo agere; hoc enim nimis longum foret, & ex hoc ſpecimine de reliquis pene omnibus judicium haud difficulter ferri poterit, ſed eas tantùm rationes, quæ homines ante Adamum conditos inducunt, attentiùs examinare, atq; in ſingulas, ut occurrent, nonnihil animadverſionū commentari. Quoddum, Chriſto

duce & auſpice, facimus, moroſiùs non excutiemus, cur novus iſte Goliath, qui omnium pene ſeculorum ſapientibus tàm confidenter exprobrat, uſque adeò obſcurus latitare: & ne de nomine quidem agnoſci voluerit. *Nomen meum nunc reticeo; verecundiâ non mali facti conſcientiâ*, inquit in præfatione partis primæ Syſtem. Theol. Quæ ſi ex animo, re & vero ſcripſit, habet quidem de quo ſibi gratuletur, & divino numini pro tàm ſingulari virtute ingentes gratias agat: errat autem, ſi defenſoris imbecillitate controverſiæ alicujus veritatem aut falſitatem metitur & penſat. Fortaſſis autem hoc effugium ſaltem quæſitum eſt, & in A. noſtrum illud Chriſti competit: *dilexerunt homines magis tenebras quam lucem, erant enim mala eorum opera. Omnis enim, qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem, ut non arguantur opera ejus. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, ut manifeſtentur ejus opera, quia in Deo ſunt facta.* Quæ verò cauſſa hominem moveat, ut tot ineptarum, futilium & prodigioſarum opinionum & interpretationum colluviem Eccleſiæ Chriſti jam ſatis afflictæ, ac cum variis ſententiarum atque hæreſeωn monſtris conflictanti obtrudat, ejus rei judicium nobis ne arrogamus quidem, ſed καρδιογνώςῃ Deo relinqui-

linquimus ceu caritas & prudentia Christiana exigit. An ſaltem *continua exercitationis cauſſa & gratia ſcripſerit, & nihil auſit aſſerere de his, quæ videntur parum convenire cum receptâ opinione totius Eccleſiæ*, nobis itidem inſciis prudens ac pius lector dubitabit. Hoc tamen ſcimus, illos petulantium ingeniorum in procudendis novitatibus luſus, illam quidlibet effutiendi, receptiſſima quævis & clariſſima Scripturæ dogmata in dubium vocandi, pro arbitrio impugnandi, nodos exceptionum nectendi licentiam veritatis prodigam eſſe, & ad Pyrrhoniæ ἀκαταληψίας, Scepticæ ἐποχῆς ac Libertiniſſimi præcipitia ducere. Libido autem hiſtoriam ſacram cum profano gentilium, & rectâ ratione committendi, ex narrationibus fabuloſis de Sacræ Scripturæ dogmatibus decernendi, miracula inibi memorata in ſenſum neſcio quem torquendi, eidemque ac ſi multa confuſa, inordinata, trunca, mutila, invicem pugnantia ut frigida calidis & ſicca humentibus contineat, exprobrandi, univerſam religionem funditus evertit, & ad atheiſmum latam viam ſternit. Qua impietatis macula ſicut quamplurima Gallorum ingenia hodie fœdata ſunt; ita modis omnibus allaborandum eſt ne tam le-

thale venenum Germanorum piam ac simplicem fidem corrumpat, quod quidem commodissimè fieri potest, si respondeatur stultis, ne sibi sapientes videantur.

IV. Antequam autem rem ipsam & singula argumenta, quæ firmandæ A. sententiæ aliquatenus facere videntur, excutiamus, nonnulla veluti generalia quædam monita præmitti & observari operæ pretium esse arbitramur, utpote quæ unicuique veritatis Studioso istam A. opinionem meritò falsitatis suspectam reddere possint aut verò debeant.

Ac PRIMÒ quidem sententia A. prorsus nova & inaudita est, hactenus enim omnes pene dixerim mortales, Christiani, Judæi, Mohammedani in contraria opinione semper fuerunt. De Ecclesiâ Catholicâ populoque omni Christiano nullum plane est dubium, cujus unanimis sensus atque judicium semper fuit, est & in æternum erit, Adamum fuisse omnium hominum simpliciter primum atque Patrem. Hinc Augustinus lib. XVI. de Civitate Dei cap. IIX. *Quisquis uspiam nascitur homo, id est, animal rationale mortale, quamlibet nostris inusitatam sensibus gerat corporis formam seu colo-*

*colorem, five motum, five fonum, five quamlibet vim, quâlibet parte, quâlibet qualitate naturæ, ex illo protoplaſto uno originem ducere nullus fidelium dubitaverit.* Omnes, inquam, omnium terrarum & nationum Chriſtiani non in Occidente modò Germani, Galli, Itali, Hiſpani &c. verum etiam in Oriente Arabes, Palæſtini, Græci; nec recentiores ſolùm, verum etiam primi quique & antiquiſsimi, mediæque ætatis Catholico conſenſu idem illud affirmarunt, defenderunt, & ad noſtra uſque tempora ſartum tectum conſervarunt; adeò ut nemo ex primæ, mediæ & ultimæ ætatis doctoribus in A. Sententiam conceſſerit; & ſi vel unus ſaltem ita docuiſſet, procul omni dubio non reticuiſſet A. nec qua eſt in ejuſmodi ineptiis inquirendis & è lacunis veterum eruendis curioſitate, temerè ignoraſſet. Huc accedit, quod Chriſtiani Patres primitivi & ſequentium temporum non impii, non indocti, non hiſtoriarum rerumque humanarum ignari fuerint, ſed pientiſsimi & extra omnem doctrinæ aleam poſiti, quique ad explanandas ſacras literas ſummam animi probitatem, maxima ingenia, acerrima judicia, linguarum, antiquitatis & in univerſum omnis bonæ eruditionis admirabilem

scientiam attulerunt, ut nulla plane ratio appareat, cur tot tantisque & omnibus scientiis instructissimis viris homo præferri debeat nec satis Christianus nec Judæus, & Latinam quidem linguam ac Mathesin fortasse doctus, cætera Græcarum & Ebraicarum literarum Scripturæque Sacræ ad misericordiam usque rudis, in Logica autem & Metaphysica tàm hospes, ut istas disciplinas ne primis quidem labris degustasse, nec earundem terminos unquam didicisse videatur. Jam si γνησίως Catholicum est, quod omnes Christiani, quod ubique, quod semper docuerunt, non saltem nullâ verisimilitudine niti existimamus, quæ A. tanta confidentia propugnat, verùm etjam ambigimus, an Ecclesiæ Catholicæ verùm membrum dici queat is, qui in re tàm seria & ab universo Ecclesiæ Christianæ, per Orientem & Occidentem dispersæ, consensu ac judicio tàm temere, tàm futilibus nulliusque momenti motus rationibus dissentit.

V. Neque verò omnes omnium seculorum sapientes Christiani, sed & Judæi omnes, Sacræ Scripturæ sic satis gnari, A. refragantur, nec ullus unquam repertus est, qui Christianorum sententiam antea recensitam in dubium revocaverit, unde Adamum con-

stan-

ſtantiſſimè ארם הראשון *primum* ſimpliciter, & Chaldaicè ארם קרמאה eodem ſenſu appellitant. Nec terrent nos illa A. verba in Parte prima Syſt. Th. l. III. c. III. *Rabbi Moſes Ben Maimon refert libros anteceſſorum ſuorum, qui mentionem faciunt præceptoris ipſius Adami, quem dicunt fuiſſe nomine Sombo-ſcer. Et quamvis parum credam Rabbinorum fabulis: nihil tamen adeo fabuloſum eſt, quod non antiquam redoleat veritatem.* Ut enim, quod ſentimus, liberè dicamus, ſuſpecta nobis ſunt vaga ejuſmodi individua, nec credimus de Judæis & Maimonide tale quid aſſerenti, niſi prius locum omneſque ejus circumſtantias, antecedentia cumprimis & conſequentia, totamque adeò contextus ſeriem viderimus, cùm parum candidè & bona fide Rabbinorum dicta ut plurimum citentur. Manus noſtræ oculatæ ſunt, credunt quod vident. Feciſſet profectò A. rem nobis longè gratiſſimam, ſi indice quaſi digito notaſſet librum & caput, ubi maximus ille Maimonis filius id aſſereret: ita enim locum adire, & nunquid ex ſuâ Judæorumque, an verò aliorum ſententiâ idem traderet, reſciſcere potuiſſemus. Quando autem hanc nobis gratiam facere noluit, ſat nobis nunc erit lectores admonere, ne falli ſe ab A.

ſinant, qui Maimonidem quaſi ſiniſtrè de noſtrâ ſententiâ ſentientem citat, cùm longè ſecus res ſe habeat. Nec enim in Maimonide, ſed auctore l. Coſ. haud abſimilem ſententiam de præceptore Adami legi, aſſerit J. Henr. Hottingerus l. 1. Hiſt. Orient. c. 11x. his omninò verbis: *in l.* העבודה הנבטית *de religione Nabathæa fit mentio* ינבושאר זרואני וצגרית ואמרו כי הם קורם אדם ושינבושאר הוה רבו של אדם הראשון *Janbuſchari, Zegrithi & Roani, dicuntque quòd fuerint ante Adamum, quòdque Janbuſchar magiſter fuerit primi hominis, ſcribit author l. Coſ. p. 5.* Circa hoc teſtimonium ſequentia notari velimus: *primò* neſcimus, an iſthæc bona ſatis fide ex auctore l. Coſ. citata ſint. Cùm enim locum ipſum non inſpexerimus, nec librum illum inter Chriſtianos rariſſimum ad manum habeamus, nemo prudens vitio nobis vertet, quòd alienis oculis non auſimus fidere. *Secundò* ponamus, iſthæc omnia totidem verbis in libro Coſ. memorari, nondum tamen rem confectam habebit A. quippe qui & *parum credit Rabbinorum fabulis*, & ſolidè nunquam probabit, iſtam de Adami præceptore narrationem firmiori tibicine, quàm reliquas Judæorum nugas niti. Sed ita fert A. ingenium, quicquid ipſius animo allubeſcit, id avidiſſimè arripit, ſi-

ve

ve id ratione aliquâ & ſpecie ſuffultum, ſive ex obſoletarum traditionum lacunâ hauſtum ſit. *Tertiò* Auctor lib. Coſ. hæc réfert ex mente non Judæorum ſed Sabæorum, qui *inſuper exiſtimarunt, Adamum primum fuiſſe virum ex viro & fœmina, ſicut reliqui homines, progenitum: dixerunt, illum fuiſſe Apoſtolum Lunæ, & vocaſſe homines ad cultum Lunæ.-De Adamo dicunt, quod cùm ex climate, h. e. ex Terrâ* תשאם, *quæ Indiæ vicina eſt, egreſſus, & Terram Babel ingreſſus fuit, multa mirabilia ſecum aſportaverit, & inter illa arborem, flores, folia & ramos auri habentem, Arborem item talem lapideam, folia item cujuſdam Arboris ita vireſcentis, ut folia ejus ab igne non conſumantur, & quæ ſub ſe comprehendere vel tegere poſsit decem millia virorum ſtaturæ Adami, quòd duo ſecum folia geſtaverit, è quorum unoquoq; duo homines contegere vel veſtire ſe potuerint. Intentio verò illorum in commemoratione Adami & eorum, quæ ei attribuunt, ad nihil aliud tendit, quàm ad confirmandam ſententiam de æternitate mundi & ut inde porrò ſequatur, Aſtra & orbes eſſe Deum.-Celeberrimus inter hos eſt liber, qui vocatur* העבודה הנבטית *plenus inſaniarum Idololatricarum. præterea continentur in eo multa alia ridicula, quibus tamen exiſtimant ſe ſubtiliter refutare*

*tare velle miracula illa manifesta Mosis. De Adamo primo narratur ibi, illum in libro suo scripsisse, esse in Indiá Arborem quandam, cujus ramus in terram projectus instar serpentis repat: Arborem item aliam, cujus radix habeat formam humanam, & vocem vehementem ac distincta verba edat ac loquatur. Hæc & similia multa deliria narrantur ibi.* Hæc omnia habet Maimonides in מורה נבוכים p. 111. cap. XXIX. qui porrò subjungit hæc observatu digna: *id quod narrant de Adamo primo, cave ne intellectum tuum abripiat, & existimes, illa verè Adamo contigisse. Illa enim omninò nunquam fuerunt in rerum natura. Verum si leviter tantum & superficialiter rem consideres, deprehendes quòd falsa sint ea omnia & conficta ab illis, posteaquam lex nostra gentibus innotuit, & historiam operis Creationis audiverunt. Tum enim illi statim fabulas illas effinxerunt, ut homines simplices ista audientes persuadeantur, ac si mundus esset antiquus, & illa quæ in Lege narrantur, ita ut ipsi definiunt gesta essent.* Paulò superiùs dixerat: *in summa tanta mendacia proferunt, ut nil nisi risum iis concitent, & summam mentis suæ ἀῤῥωστίαν, ac Philosophiæ ignorantiam & imperitiam prodant.* Ex his abunde constat, Zabaistas eos non esse, quorum

rum fide & teſtimonio in hâc controverſiâ quis ſtare debeat; neque Judæos, queis niti ſibi videbatur, adverſario favere, pro quorum aſſertione (prudens an imprudens, ipſe noverit) Sabæorum fabulas nobis fortaſſe obtrudere voluit.

VI. Tandem etiam Mohammedani Adamum primum omnium hominum fuiſſe libentiſsimè concedunt, quæ cauſa etiam eſt, cur eundem hinc inde in libris ſuis *radicem hominum*, item *patrem hominum* appellitent, teſte viro in Ebræorum Arabumque libris verſatiſsimo Johanne Henrico Hottingero, lib. 1. Hiſtor. cap. 11 1. Certum itaque eſt, in hanc ſententiam omnes omnium ſeculorum Chriſtianos, Judæos, Mohammedanos conſenſiſſe; primus eſt A. qui contrarium ſolenniter aſſerere, & à ſuo ſolius ingenio expectare auſus eſt, quod omnium artium, antiquitatis & rerum divinarum ſcientia excultiſsimi: iique innumeri viri, qui à tot ſeculorum centuriis vixerunt atque etiamnum hodie vivunt, videre nequiverunt. Solus igitur A. eſt, cui ſapere datum ſit, Chriſtiani reliqui omnes præ illo nihil ſciunt, nihil Judæi, nihil Mohammedani, ſed ὡσσκιαὶ ἀΐσσȣσι. Ille ſolus in indagando genuino Scripturæ ſenſu ſagax & ſubtilis eſt, reliqui omnes hebetes, ſtupidi ſunt. Ille

solus cum Archimede exclamare potest, εὕρηκα, εὕρηκα. In solum A. competit ἀρι-στεύειν καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων. Nobis verò ut hoc magnum vanitatis, superbiæ & stoliditatis indicium est, ita illum usque adeò concordem prope omnium, quotquot per orbem sunt, gentium ac tot modis alias inter se discordantium populorum consensum pro certissimo veritatis argumento habemus, ab ipsomet Deo profectæ, hominumque illorum mentibus impressæ. Neque alias quenquam vel mediocriter rerum gnarum latere potest, quanti omnis ævi & quarumvis sectarum sapientes consensum unanimem idemq; de eâdem re judicium semper fecerint. Ita enim è Christianis Tertull. L. de præscript. adversus hæreticos: *Quod apud multos unum invenitur, non est erratum sed traditum.* E Judæis Josephus L. 1. contra Apionem: Τῆς ἀληθοῦς ἐστι τεκμήριον ἱστορίας εἰ περὶ τῶν αὐτῶν ἅπαντες ταυτὰ καὶ λέγοιεν καὶ γράφοιεν, *veræ historiæ indicium est, si de eisdem omnes eadem dicant atque conscribant.* E gentilibus Cicero, Seneca, Quintil., Aristoteles, quorum verba legere est apud Hug. Grotium L. 1. de J.B. & P. c. 1. n. XII. Atque hoc est primum.

VII. SECUNDO quæstio hæc, quam A. tantâ confidentiâ Christianis omnibus movet, historica est & facti; quæritur enim,

im, an diu & quidem ſeculis innumerabilibus ante Adamum homines alii iique Gentiles à Deo fuerint creati? Nos cum univerſo, quà patet, Chriſtianiſmo negamus, A. affirmat, itaque ipſi tanquam affirmanti primoque inventori incumbit probatio, quæ omnium omninò diſputantium lex perpetua & immobile principium eſt. Rationem ejus damus hanc, quia qui aliquid affirmat, quod nullo argumento confirmare, aut, quo par erat, modo probare poteſt, is non ſaltem in infinitos errores incidet, & à veritate quàm longiſſimè abibit; verum etiam aliis ab eâdem aberrandi latiſſimam viam ſternet. Cumprimis verò in rebus hiſtoricis & cum quæritur, utrum aliquid factum ſit nec ne, non dicere ſaltem & quidvis temerè effutire ſufficit, verùm requiritur, ut quis aſſertioni ſuæ, quam profert, fidem quoque faciat, & quidem (quod additum & diligenter notatum oportuit) firmis & ad fidem ingenerandam validis rationibus, graviſsimiſque & manifeſtis teſtimoniis, verbis denique non in novum atque antehac inauditum ſenſum detortis, ſed apertis, planis receptoque ſenſu acceptis. Quæ omnia etſi certiſsima ſunt animiſque omnium à naturâ inſculpta, A. tamen in alia omni abit: ſi quis enim totam Syſtem. Theolog. par-

partem primam una cum Exercitation
à capite usque ad calcem legat, non tàn
insolitas suas opiniones firmis rationibu
probare, quàm veluti Dictator quidan
saltem pronunciare videbitur, & præte
ineptas Rhetoricationes atque otiosorun
verborum quisquilias nihil propemo
dum, quod ad sententiæ suæ diluci
dam defensionem pertineret, adferr
deprehendetur, prorsus uti operosis so
phistis & nugatoribus in more positum
est. Præterea quando aliquid probar
conatur, non rationes solidas, non gra-
via & perspicua testimonia (ut ingenu
disputatoris erat) adfert, sed futiles con-
jecturas & meras otiosi ingenii hariola-
tiones; hinc nihil ipsi frequentius est
quàm *conjicio, verisimile est, probabile
est, videtur, concipio, credidisse quid pro-
hibet, quidni crederemus, crediderim &c.*
quo nihil absurdius fingi poterat. Adhæc
Scripturæ commata tàm oscitanter citat,
& ad probandam suam semel constitu-
tam opinionem non modo præter, sed
contra mentem verborum ita depravat,
ut in sensum reprobum à Deo traditum
se toti terrarum orbi palam ostendat. U-
bi autem ita se gerit A. ac vanus saltem &
temerarius conjector est, nulloque Scri-
pturæ testimonio, nulla ne probabili qui-
dem ratione opiniones suas confirmat,
cum

m conjecturis suis exsibilandus est. U-
enim affirmans assertiones suas proba-
, & illustribus omnique exceptione
ajoribus documentis firmare tenetur:
ipsa sana ratio & regula prudentiæ no-
scum nata docet, rei sufficienter non
obatæ neutiquam fidem deferendam
se. Hinc etiam est, quòd ne ipse qui-
em omnis sapientiæ & veritatis fons
eus à quoquam mortalîum postulet, ut
mul atque quid ceu salutaris fidei do-
ma proponitur, id cœco statim assensu
ne ullo prævio prudenti examine am-
lectatur, sed probè priùs explorare, ejus-
lemque crebrius examen instituere ju-
eat, ceu sacras paginas legenti manife-
tum est.

IIX. TERTIO in interpretatione Scripturæ & quorumvis aliorum librorum arctissimè semper inhærendum est significationi verborum literali, propriæ ac primariæ, nec nisi gravissima de causa ad impropriam minusque principalem confugiendum. Hoc principium ab omnibus omnium sectarum Christianis Theologis, Jureconsultis, Medicis, Philosophis, Judæis item, Mohammedanis & Gentilibus admittitur, gravissimisque rationibus nititur, quas certis de causis ex Bellarmino hîc subjungimus. Ita autem ille L. I, de Sacr. Bapt. cap. IV. *Communi*

*axio-*

*axiomate Theologorum docemur Script ram intelligere secundum verborum pr prietatem, ubi non cogimur evidenti a surdo: alioqui possemus depravare omn loca, etiam clarissima, si liceat pro arbitr fingere novos sensus*, L. eod. cap. XXII. *nc licet, præsertim in historiis, fingere trop pro arbitrio: alioqui nihil esset certum i ullâ Scripturâ.* L. 1. de Sacr. Euch. cap. 12 *Communis regula explicandæ Scriptur est, ut nunquam dimittamus propriun verborum sensum, nisi cogamur ab aliqu aliâ scripturâ, vel ab aliquo articulo fide aut certè à communi totius Ecclesiæ ex plicatione: alioqui enim peribit fides, & remanebit sola opinio de rebus divinis, & aperietur porta infinitis erroribus.* L. eod. cap. XII. *Sensus proprius & literalis semper est eligendus, nisi evidenter probetur contrarium. Neque debent à nobis petere adversarii, cur sequamur proprium sensum verborum: simile enim id esset, ac si quis peteret ab iis, qui sunt in itinere, cur sequantur viam communem & tritam: nemo enim sanus id quærit: vel cur ingrediamur per portam, non per fenestram.* Hanc itaq; catholicam & perpetuam interpretandi regulam sanctissimi Ecclesiæ primitivæ Patres & sequentium seculorum doctores, qui Spir. S. oracula saltem mediocri cum reverentiâ unquam explanare

ag-

greſſi ſunt, diligentiſſimè obſervarunt, n enarratione Script. verborum ſenſui oprio religiosè ſemper inhæſerunt. A. nen nihil frequentius eſt, quàm ſignifi- tionem verborum propriam relinquere, figuratam ſine ulla prorſus cauſſa re- rrere, & pro arbitrio novos omniq; re- o ævo ignoratos ſenſus fingere, ut ex ſin- lis pagellis videre licet. Quod an ſit ge- inum Scripturæ interpretem agere, an rò ab ejus genuinâ intelligentiâ aberra- , piis ac peritis omnibus ex ſuperiùs ctis diſpiciendum relinquimus.

IX. QUARTO ſi occurrunt duo vel ura etiam loca, de unâ eâdemq; re agen- a, quorum unus obſcurus, alter verò lanus & perſpicuus eſt, natura ipſa nos ocet, locum obſcuriorem ex apertis ex- licare, & quæ perplexiùs atq; rariùs ſcri- ta ſunt, ad normam apertè & ſæpiùs me- noratorum exigere. Quam regulam uippe per ſe manifeſtam, & ab omnibus Scripturæ interpretibus unanimi conſen- u receptam nullis rationibus, ſed unico S. Auguſt. teſtimonio probabimus, qui l. II. de doctr. Chr. c. IX. in hunc modū ſcribit: *Quæ in eis* (loq. autem de Script. S.) *aper- te poſita ſunt, ſolertiùs diligentiuſque inve- ſtiganda ſunt. Tum verò facta quadā fami- liaritate cum ipſa lingua divinarum Scri- ptur. in ea, quæ obſcura ſunt, aperienda & diſcu-*

*discutienda pergendum est, ut ad obscu*
*ores loquutiones illustrandas, de mani*
*stioribus sumantur exempla, & quæda*
*certarum sententiarum testimonia dubit*
*tionem de incertis auferant.* Ita quide
S. Augustinus, sed longè aliter A. is
nim clarissimam Geneseos historiam n
gligit, & ex loco quodam Paulo obscu
ac difficili homines ante Adamum co
ditos inducit; hinc Part. 1. Syst. Theol.
1.c.1. istos Apostoli versus, *Systematis s*
vocat *Statumina*, & in præf. ibidem dise
tè inquit: *illa eadem & mihi olim incid*
*rat suspicio* (conditi orbis epocham no
ducendam esse ab illo principio, quo
vulgo figitur in Adamo) *cum puer adhu*
*vel audirem, vel legerem historiam Gene*
*seos. Ubi Cainus foras egreditur; ubi oc*
*cidit fratrem suum, cum essent in agro*
*nempe illud more latronum, caute; n*
*à quopiam arbitro proderetur: ubi timet*
*ubi fugit pœnam fratricidii, ubi deniqu*
*longè à partibus suis uxorem ducit, &*
*civitatem ædificat. Sed quamvis hæc a-*
*nimo meo insideret dubitatio; nihil tamen*
*de illa audebam proferre, quod non sape-*
*ret receptam opinionem de Adamo pri*
*mo omnium hominum creato, donec in-*
*cidi in versus, duodecimum, decimum*
*tertium & decimum quartum capitis 5.*
*Epistolæ D. Pauli ad Romanos; quod ab-*
*hinc*

*nc viginti plus minus annis, & mente manibus verso. Ac veluti qui per glaci- incedit, suspendit gressus suos ubi a- ictam minus vel sauciam, diffidit: ubi ro concretam & acrius induratum sen- t, fortius figit pedem: timui primo, ne l plantas mihi secaret dubia hæc dispu- tio, vel in profundam hæresin devolve- r, si quando illi diutius insistebam. Ve- um ubi tandem per hos versus apostoli ire licuit, peccatum fuisse in mundo an- equam imputaretur hominibus: ubi de- iceps novisse datum est illudque incon- usse, peccatum cæpisse imputari ab A- lamo; ausus sum animo, & totam hanc lisputationem usque adeo solidam exper- us sum, ut præter illam trepido minus ede vectus sim. Reperi homines trans & ltra imputationem illam peccati, quæ riginem traxit ab Adamo &c.* Quæ omnia quàm absurda sint, unicuivis ex antè memoratis liquidò constare, & ma- nibus quasi palpare existimamus. Contra omnem protectò rectam & efficacem probandi rationem est, id quod uno sal- tem in loco, neque ex professo, sed casu atque obiter, & cum nihil minus quam Præ-Adamitas in animo haberet, ab A- postolo scriptum deprehendas, ceu ma- gnum aliquod & invictum argumentum opponere velle iis, quæ locis Scripturæ

sacræ

sacræ aliis quàm plurimis, & ex professo & distinctè, & manifestè, & constanter tradita sunt ac disputata. Ex his ita præmissis certissimis principiis, in facili erit colligere, quid ad singulas penè A. rationes responderi possit ac debeat. Hoc igitur jam agamus; & quamvis A. sua involutè & sine ordine pertractavit, tamen vestigia ejus presse sequemur, & ad dilucidiorem totius controversiæ intelligentiam materiam omnem ita dispescemus, ut in c. II. rationes Exercitationis, in c. III. probationes Syst. Theol. è Scriptura petitas, in c. IV, è monumentis Gentilium deprompta argumenta non palmaria tantùm & præcipua, sed minutissima etiam luculenter excutiamus.

## CAPUT SECUNDUM.

I. Auctor A. Exercitationis hanc conclusionem sibi sumit demonstrandam, *primos homines ante Adamum fuisse conditos*, quam qua ratione ex versibus 12.13.14.cap.v.Ep. Rom. exsculpere velit aut verò possit, prima fronte plana non apparet. Ut igitur hoc patescat, sciendum est, verba Apostoli illa, *usque ad legem peccatum erat in mundo*, dupliciter posse intelligi 1. de lege Mosaicâ, & sic A. sententiæ probandæ nihil omninò faciunt 2. de lege Adamo lata, quo sensu

ſenſu intellecta verba illa rem plane novam receptæque ſententiæ è diametro adverſam ſignificant. Atque hactenus quidem Chriſtiani legem hoc loco memoratam expoſuerunt de lege Moſaicâ, ſive *de tractu illo temporis, qui intercesſit ab Adamo uſque ad Moſem*, ut A. loquitur cap. I. Exerc. ſenſu eo, quòd uſque ad ſolennem legis Moſaicæ promulgationem peccatum in mundo fuerit; etſi eo tempore non æſtimatum & reputatum fuerit. A. autem poſthabita Patrum Chriſtianorum ac Interpretum omnium doctrina, nova quadam & inaudita omnibuſque contraria interpretatione locum hunc intelligit de lege Adamo lata; hinc in Exercit. cap. II. ait: *de lege Dei data Adamo intelligenda ſunt verba hæc Apoſtoli* cap. X. *uſque ad legem: intellige legem Dei datam uni illi homini Adamo. Voluit ſcilicet Apoſtolus, peccatum & mortem fuiſſe in mundo uſque ad legem Dei, ſive uſque ad transgresſionem legis illius divinæ, quam unus homo ille Adamus violavit.* Et paulò poſt: *uſque ad legem illam Dei, quam violavit homo ille Adamus; peccatum & mors erant in mundo.* c. XII. *Vſque ad legem: intellige legem Dei datam Adamo.* Hoc ſenſu velati tibicine quodam magna Exercitationis & Syſtematis Theol. libri quinti moles

B ſufful-

suffulta est, & ex eodem ita infert in Exerc.c.1 IX. *Vel lex illa intelligenda erat de lege data Mosi, vel de lege data Adamo. Si lex illa intelligebatur, de lege data Adamo: statuendum erat peccatum fuisse in mundo ante Adamum & usque ad Adamum: peccatum verò ante Adamum non fuisse imputatum, ponendi ergo erant alii homines ante Adamum, &c.* sic Part. 1. Syst.Theol.l.1.c.1. *Si legem Adamicam, non Mosaicam, intellexit hoc loco Apostolus: peccatum erat in mundo usque ad legem Adamicam, per eundem Apostolum: Ergo & ante legem Adamicam. Et incidant in meam hypothesin necesse est, homines illi, qui peccaverant ante legem Adamicam vel ante Adamum, quod idem est.*

II. Hoc ut obtineat A. sequentes rationes adfert: prima extat in Exerc. c. 11: *De lege Adami intelligenda sunt verba hæc Apostoli: usque ad legem peccatum erat in mundo. Quippe quæ lex Adami, vel data Adamo, princeps fuit legum omnium. Quæ lex legum, & per excellentiam Lex simpliciter dici debuit.* c. XII. *Usque ad legem intellige legem Dei datam Adamo: quæ lex Mundi, & lex simpliciter & sola dici potuit.* Sed profectò hæc ratio A. movere non debuit, ut receptæ per orbem Christianorum sententiæ se opponeret: primò enim hæc interpre-

tatio

ratio perpetuo Scripturæ uſui repugnat, cùm ne unicus quidem locus ex Paulo, ex Nov. Teſt. libris, imò ex univerſo Sacrarum Literarum codice proferri poſſit, ubi vox legis ſimpliciter poſita legem Adamo latam ſignificat. Hanc igitur explicationem vocis A. fingit, idque propterea, ut evidentiſſimis ſcripturæ locis apertam vim faciat & tenebras, quantas poteſt maximas offundat clariſſimæ hiſtoriæ alibi memoratæ. Secundò nihil uſitatius & frequentius eſt Apoſtolo Paulo, quàm voce Legis ſimpliciter poſita Moſaicam denotare, imò hanc vocis illius abſolute & ſine ullâ adjectione poſitæ primariam ſignificationem eſſe manifeſtius eſt, quàm ut ulteriori indagine egeat: unde nemini abſonum videri debet, ſi in hoc controverſo ac difficili loco illam explicationem eligamus, quam præcipua dictionis illius, à Paulo toties uſurpatæ, ſignificatio ſuppeditat. Ad vocis certè alicujus, primâ fronte obſcurius viſæ, notionem genuinè percipiendam præclariſſimis quibuſvis Scripturæ interpretibus ratio optima ſemper viſa eſt, conferre loca, in quibus illa iteratur, & Scripturam per Scripturam explicare, id quod hic etiam factum oportuit. Neque vero Paulus tantum, ſed & reliqui ſcriptores ſacri, atque hoc ſecuti Chaldæi, Syri, Rabbini, Tal-

mudistæ, Samaritani, Arabes voce legis κατ᾽ ἐξοχὴν Mosaicam intelligunt, non eam quæ Adamo à Deo lata est. Tertiò non disquiritur, quid fieri & quomodo lex Adamo data vocari debuerit, sed quid Paulus revera fecerit, & an eandem hîc intellexerit aut simpliciter legem vocaverit? Nec sequitur: Lex Dei data Adamo simpliciter lex dici potuit. E. ab Apostolo hîc ita appellata est; alias similiter possemus colligere: Lex scripta Mosaica simpliciter & κατ᾽ ἐξοχὴν lex dici potuit. E. verba Pauli de lege Mosaicâ sunt intelligenda. Ipse quoque A. consequentiam à posse ad esse rejicit Part. I. Systema. Theol. l. IV. cap. I. ubi in hunc modum scribit: *Potuit Adamus scientias, artes, & disciplinas omnes assequi, sed non eas idcirco assecutus est, momento illo quo formatus est.* Breviter, negamus hanc A. consequentiam: lex Adami vel data Adamo princeps fuit legum omnium E. de illâ lege Apostoli verba intelligenda sunt. Probationem nullius momenti esse jam latè ostendimus. Et sic in primâ ratione A. acuto esse licuit.

III. Altera ratio est in cap. III. Exerc. ubi primò de quatuor hominum statibus quædam adfert, sub naturâ, sub lege, sub gratiâ, sub gloriâ, & statim addit

*hallu-*

*hallucinari mihi videntur, qui numerant tempus legis à Mose, quòd statui debuit ab Adamo.* Verùm ita ille hanc partitionem novo sensu & nequaquam ex eorum mente usurpat, qui status illos hominum sic diviserunt. Nam Scholastici, quibus divisio illa perquam usitata est, statum sive tempus naturæ esse dicunt illud temporis spatium, non quod legem Adamo datam antecessit, sed quod totius hujus universi creationem legisque Mosaicæ solennem in monte Sinai promulgationem intervenit. Per statum autem & tempus legis intelligunt illum temporis tractum, qui à lege Mosaicâ usq; ad Christum ejusque mortem intercessit. Eodem pacto in antiquissimâ illâ Talmudistarum traditione, quâ mundum duntaxat sex annorum millibus duraturum existimarunt, duo millia tribuunt vacuo, duo millia Legi Mosaicæ, duo millia diebus Messiæ: ita ut per תהו sive vacuum intelligant tempus sive statum naturæ, & secula, promulgatione legis Mosaicæ anteriora. Vid. Menasse Ben Israel l. III. de Resurr. mort. c. III. Christ. Gerson. in lib. cui titulum fecit, Jüden Talmud p. II. c. VII. ipsos enim Rabbinos & Talmudistas A. nec legere nec intelligere potest. Sed non est, cur de hujus partitionis sensu multis disquiramus, aut in confutanda A. sen-
 tentia

tentia tempus insumamus, cum nihil solidi inde habere queat, quod caussam ipsius juvet. Posito enim & non concesso tempus legis in illâ partitione ab Adamo statuendum esse, non à Mose, nondum tamen inde sequeretur, de eâdem illâ lege Apostolum Rom.v.13.fuisse locutum. Nam ad hanc conclusionem demonstrandam non partitio illa variorum hominis statuum, novo & ante nostrum seculum inaudito sensu intellecta, verum solida ratio adferenda erat, quæ ex Apostolo esset deprompta, aut saltem iis, quæ in contextu Pauli extant, firmari posset, totoque adeo orationis Apostolicæ seriei cohæreret. Ratio autem, quam post in hoc eodem capite adfert, est hæc: *Locutus est Apostolus de lege illa, in cujus transgressione homines omnes peccaverunt: & de illo homine qui legem illam perfregit, in quo mors pervasit in omnes homines. Quæ omnia conveniunt, legi datæ Adamo & Adamo ipsi: nullo modo autem legi Mosaicæ, neque Mosi ipsi.* Eandem crambem repetit Part. 1. Syst. Theol. l. 1. c. 1. *Quo argumento locutus est Apostolus de peccato Adami illo, quod reatum meruit omnibus hominibus, consequens est, ut legem etiam illam hoc loco intellexerit, cujus transgressio peccatum Adami fecit, quamque Adamicum nuncupo, nec non*

*ut lex ipsa eadem intelligatur Adamica, quam datam omnibus hominibus in Adamo censendum est, ratione eâdem, quâ violavisse illam homines omnes in Adamo reputandum est.* Respondemus, negando hanc consequentiam: Apostolus v. 12. locutus est de peccato Adami, E. vox legis in vers. 13. denotat legem Adamicam, quam quia is ne verbulo quidem probat, sine ullâ ulteriori responsione A. remittere possemus, nec teneremur ad eam respondere, siquidem rigorosé agere & disputantium jure uti vellemus. Ne tamen habeat, de quo conqueri possit, rationem negationis hanc damus, quia non necesse est, ut verba in distinctis versibus aut eodem contextu etiam modo eodem accipiantur, cum quàm sæpissimè fiat; ut verba in eodem versu posita diverso sensu ac significatione sumantur, quam assertionem nostram facile admittet, qui aliquâ saltem attentione V. & N. Testamenti libros scrutatur.

IV. Tertia ratio continetur in c. XVI. *Notandum ultimo est: legem Mosaicam subaudiendam esse, ubi agitur de peccato Judæorum: legem vero Adamicam intelligendam, ibi agitur de peccato illo originali quod transiit in omnes homines, Judæos & Gentiles, ex peccato Adami. Atqui egit hoc loco Apostolus de peccato illo origina-*

*ginali. Ergo & intellexit hoc loco legem Adamicam, non Mosaicam.* Resp. Concedendo, legem Adamo datam subintelligendam & subaudiendam esse, quando de peccato originali sermo est, cum consistat in transgressione divinæ legis de non comedendo fructu arboris scientiæ boni & mali, ab Adamo, & in eodem à nobis, in ipsius lumbis conclusis, violatæ. Jam verò de peccato illo agitur v. 12. E. hoc tantùm inde inferetur, legem Adamo latam v. 12. implicitè intelligendam esse; minimè verò, vocem legis v. 13. positam eandem illam significationem admittere. Hæ sunt tres illæ rationes, quibus A. probare voluit, legem Adamo latam hic intelligendam esse; ex quarum consideratione manifestò apparet, ex his Apostoli verbis ab A. pro suâ sententiâ nullum solidum argumentum adductum fuisse, quam tamen ille hinc potissimum exstruit, & pertinaciter defensat. Constat itidem hinc, audacem ac contortam esse interpretationem A. quando in Exerc. c. x. *Apostolum voluisse,* asserit, *peccatum & mortem fuisse in mundo usque ad legem Dei, sive usque ad transgressionem legis illius divinæ, quam unus homò ille Adamus violavit.* Et quando Part. 1. Syst. Theol. l. v. c. v. verba Pauli, *usque ad legem peccatum erat in mundo,* hoc modo ex-

explicat: *usque ad hominem illum Adamum peccatum erat in mundo.* Ubi manifestò Apostoli verbis abutitur ad sententiam probandam, de quâ ille ne per somnium quidem unquam cogitavit, vox etiam legis violenter atque durissimè exponitur per Adamum, nec in Scripturâ ullum unquam testimonium pro hâc acceptione invenietur.

V. Porrò quæ A. in Exerc. c. I. IV. V. satis prolixè & propè cum lectoris tædio disputat, ad hanc controversiam nihil faciunt, probat enim peccatum fuisse imputatum ab Adamo usque ad Mosen, quod nos non negamus: contra larvas ergò pugnat, & in tenebris verè σκιαμαχεῖ. An autem infantes ad similitudinem transgressionis Adami peccaverint, ut A. asserit c. VI. & VII. de eo infrà despiciemus. Quare his omissis, quæ ad controversiam, quam præ manibus habemus, explicandam necessaria sunt, persequemur, & progredimur ad c. IIX. in quo primò dicit: *angebantur undique interpretes in explicatione hujus loci, usque ad Legem. Vel enim Lex illa intelligenda erat de lege data Mosi, vel de lege data Adamo.* Concedimus. *Si lex illa intelligebatur de lege data Mosi: asserendum erat peccatum fuisse in mundo ante Mosem & usque ad Mosem.* Rectè, id enim disertissimè Apo-

stolus & totidē pene verbis asserit. Et profectò ante Mosen & usq; ad Mosen in mundo fuerūt non saltē peccata actualia, quod nemo unquam negavit, verùm etiam peccatum originale, ceu mors omnium hominum ipsorumque adeo infantum clarissimè demonstrat, quippe quæ peccat. originalis primarius effectus & comes est, ut ex Rom. v. 12. constat, inde argumentamur: Quocunque tempore regnavit mors, eo etiam regnavit causa mortis, scilicet peccatum Originis. Atqui ante Mosen & usque ad Mosen regnavit mors. E. Hactenus igitur bene; at quando A. ulterius dicit, *asserendum etiam erat, peccatum per illud tempus non fuisse imputatum*, ejusmodi quid infert, quod ex antecedente illo elici nequit, nec Apostolus unquam dicere voluit; qui hoc saltem significat, quòd etsi non existente lege peccatum non reputetur, non æstimetur, tamen usque & ante legem Mosaicam revera in mundo fuerit, ut infra ipsissimis Apostoli verbis docebimus.

VI. Deinde in eod. c. 11x. aliquot rationes adfert, quibus ad statuendos Præ-Adamitas motus est, quæ quantam vim habeant, paulò accuratius expendendum est. Prima ratio: *Primùm ergò, & præfiscinè dicam: eo me lubentiùs animum appulisse ad investigandos alios homines ante*

*ıte Adamum creatos ; quod putavi nul-*
*m hinc poſſe oriri incommodum fidei*
*uæ eſt ex Euangelio : ſive enim credi-*
*ius, Adamum fuiſſe creatum ſolum &*
*rimum omnium hominum ; ſive ponimus*
*lios homines ante Adamum fuiſſe geni-*
*os: ſtabit ſemper ſuo loco & ſuis myſteriis*
*eligio omnis Chriſtiana, ſumma enim &*
*undamentum redemptionis noſtræ, quæ*
*Religio Chriſtiana eſt, in eo conſiſtit; ut*
*redamus homines omnes damnatos in A-*
*lamo, innocentes probatos in Chriſto.* Reſp.
ıt de minore hujus argumenti nihil di-
amus, negamus hanc majorem: Ex quâ
opinione fundamento fidei Chriſtianæ
nullum oritur incommodum, eam quis
utò poterit amplecti: ita enim redemtio-
nis noſtræ fundamentum propugnandum
& inconcuſſè tenendum eſt, ut tamen ni-
hil, quod ad veritatem in reliquis Scriptu-
ræ libris revelatam ullo modo, ſive dire-
ctè ſive indirectè convellendam ac labe-
factandam facit, amplectamur; aut ſub
hoc ſubdolo & ſpecioſo prætextu phan-
taſmata recens inventa aliaſque pernicio-
ſas, erroneas ac ſcandaloſas aſſertiones
contra unanimem omnium Chriſtiano-
rum ſententiam Eccleſiæ Chriſti obtru-
damus. Alias ſi pro lubitu & ſine diſcri-
mine quidvis, modo fundamentum fidei
Chriſtianæ non evertat, affirmare aut ne-

gare permissum esset, jam omnia fere luminis naturæ principia, axiomata, conclusiones omnesq; adeò disciplinæ Philosophicæ tolli, aut saltem in dubium vocari possent; jam veritas totius pene hist. sacræ V.T. funditus tolleretur, & quorũvis phanaticorum audaciæ habenas laxaremus infinita, quæ nec fuerunt, nec sunt, nec erunt, confingendi Quæ omnia cùm absurdissima sint, veritati seriam operam ubiq; & in minutissimis quibusq; navemus necesse est, sive de articulo fidei ad salutem æternam credito necessario, sive de dogmate morum, sive de histor. sacra, sive de dicti alicujus genuino sensu quæstio instituta sit. Pergit A. *Quemadmodum autem non necesse erat, Jesum Christum fuisse ultimum omnium hominum, qui aulea mundi tolleret, ut mundũ & homines omnes absolveret: ita neque necesse erat Adamum fuisse primum omnium hominũ, qui mundi proscenia iniret, ut mundũ & omnes homines condemnaret.* R. totum hoc concedimus, nec quisquam hactenus (quod nos quidem sciamus) id affirmavit; liberrimi arbitrii divini opus id fuisse omnes largiuntur, quod cùm expresè nobis revelatum sit, quid multis de necessitate altercamur, aut ex ejus negatione rem totam inficias imus. Etiam necesse non erat, Adamum peccare, Cainum interficere fra-

trem,

trem. Judam prodere Dominum & Magistrum suum; hinc tamen nullâ ratione inferre licet, E. Adam non peccavit, Cain non interfecit fratrem, Judas non prodidit Dominum & Magistrum suum. *Manent ergo suis locis primus Adamus & secundus Adamus; remanet semper inter Adamum & Christum typus ille sanctus, circa quem redemtio nostra & doctrina omnis Christiana reciprocantur.* Quid tum postea? nunquid ideò quidvis fingere ac comminisci licet, & dummodo typus ille salvus sit & maneat, sine discrimine affirmare & negare? Affirmabimus ergò, Adamum ex virgine fuisse prognatum: remanet enim semper inter Adamum & Christum typus ille sanctus, circa quem redemptio nostra & doctrina omnis Christiana reciprocantur, etsi dicimus, Adamum ex virgine prognatum fuisse.

VII. Altera ratio videtur esse hæc: *ut perfectior constituatur anti typus inter Adamum & Christum; commodius multò erit asserere, Adamum non fuisse primum omnium hominum. Commodius inquam erit asserere, imputationem ex peccato Adami (secundum quam culpæ Adamicæ rei facti sumus) retro actam fuisse in illos homines, qui Adamum præcesserunt; quâ ratione imputatio absolutionis, quæ est in Christum secundam quam labe*

pec-

*peccati Adamici diluimur) retro acta est in illos homines qui Christum praecesserunt. Minùs ergò perfectè constitueretur Adamus anti typus Christi, si poneretur primus omnium hominum &c.* Confer Part. 1. Syst. Theol. l. v. c. 11x. Sed hoc quoque argumentum nullius pretii est, & possunt ad id refellendum multa proferri. Primò si hæc ratio Ap. Paulo nota fuisset, nunquam ille eam omisisset, qui non nescimus, quàm acutus Disputator, quamque omnia, quæ ad rem sibi propositam ullo modo pertinere videbantur, perscrutari solitus fuerit. Cùm verò tantus Ap. eam tacuerit, conveniens profectò est, ut & nos eandem in re tàm abstrusâ taceamus. Plus sapere velle quàm Ap. qui divino afflatu locutus est, intolerandæ censemus esse præsumptionis. Secundò non est nostrum, comparationem ab Ap. inter Christum & Adamum institutam, quousque libet extendere, aut de eâ ex nobis ipsis quidve nobis videatur, judicium ferre; quid Deus ejusque sanctissimi ac infallibiles ministri testentur, id solum spectandum est. Quod si Apostolicorum verborum ductu destitutis nobis istam licentiam permittimus, citra omnem necessitatem ea comparationis tertia excogitandi, quibus adstruendis ne unicus quidem Scripturæ locus adferri

adferri poteſt, quis figmentorum, quis commentorum finis aut modus erit? Hâc certè ratione unicuique placita ſua ceu meras revelationes venditare permiſſum erit; id quod ex Eccleſiæ Chriſtianæ ac doctrinæ ſemel traditæ re non fore, quiſquis rem omnem propriùs perpenderit, haud invitus fatebitur. Tertiò poſito, ſed non conceſſo, hanc A. aſſertionem à veritate, in aliis Scripturæ Canonicæ voluminibus divinitùs patefacta, ne latum quidem culmum abire, neque ſic tamen quidvis extra typum & comparationem nobis affirmare licitum eſſet, idque hâc potiſſimùm de cauſâ, quod neſciamus, an commenta noſtra, quibus confirmandis tot verbis utimur, cum Apoſtoli ſcopo atque intentione conſonent nec ne. Quartò nobis principium eſt, typum cum ſuo antitypo conferri debere in tali tertio, quod cum Scriptura convenit, aut ex eo per evidentem conſequentiam & ſanis rationibus deduci poteſt; quod cùm de tertio comparationis, ab A. allato, dici nequeat, quis tàm confidens erit, ut extra Apoſtoli ductum & extra comparationis ab ipſo aſſignatos terminos pronunciare audeat? Quintò nullo modo tolerari poteſt aut debet, ſi in antitheſi inter Chriſtum & Apoſtolum ab Ap. inſtituta ad ſpecialiſſima deſcendimus

dimus, & unius eandem prorsus ratio nem esse oportere existimamus, quæ es alterius. Recte Chrysostomus hom LXI in Gen. *Oportet figuram minus habere quàm veritatem, quia alioquin non fuisset figura futurorum.* Et Bellarm. l. IV. de a miss. grat. & statu pecc. c. III. *Omnium consensu dicitur Adam forma futuri, id est, Christi, quia fuit illi similis in genere, non in specie. Uterque enim in filios suos aliquid diffudit, sed dissimiliter quantum ad speciem.*

IIX. Tertia ratio: *Adamum fuisse primum omnium hominum, qui in luminis oras prodierunt, neque dicunt unquam, neque intelligunt sacræ & canonicæ paginæ.* Resp. Contrarium hujus ex multis scripturæ locis potest adstrui, nos paucula hæc impræsentiarum damus. 1 Cor. XV. 47. *primus homo de terrâ, terrenus*: quis verò primus ille homo sit, clarissimè patet ex v. 45 *factus est primus homo Adam in animam viventem*, ubi Adam in terminis πρῶτος ἄνθρωπος *primus homo* simpliciter dicitur. Desumpta autem sunt verba illa ex Gen. II. 7. ubi de Adamo isthac leguntur: *& formavit Dominus Deus hominem pulverem è terrâ, & factus est homo in animam viventem.* Hinc argumentamur: Is, de quo Gen. II. 7. dicitur, quòd factus sit in animam viventem, est homi-

num

m omnium primus, per Apoſt. 1 Cor.
.45.47. Atqui Adam eſt ille, qui factus
in animam viventem, per Moſen & A.
ſum. E. Adam eſt primus hominum o-
nium. E. eſt primus homo ſimpliciter,
non ſaltem Judæorum, verum etiam
ntilium pater eſt. E. nulli gentiles ante
ſum ſunt conditi; cui tamen propo-
ndo & confirmando A, tantum operæ
ſumſit. Huic evidentiſsimæ luci ob-
urandæ duo excogitavit A. Primò, *A-
mum dici primum hominem, quâ ratio-
e Chriſtus dicitur & eſt ſecundus homo.
elativè nimirum & typicè dicuntur invi-
em Adamus & Chriſtus; ille primus homo,
ic ſecuudus homo*, in Exe.c. 23. At enim
damus non ſaltem dicitur primus homo
comparatione, verum etiam extra ean-
em, abſolutè & ſimpliciter dicitur primò
reatus 1 Tim. 11. 13. *Adam primus for-
natus eſt*, adde ex libris Apocryphis li-
rum Sap. VII. 1. ubi Adamus γηγενοῦς
ρωτοπλάστου *primò omnium formati & è
erra quaſi generati* epitheto expreſſe in-
ignitur. Et c. X. 1. αὕτη (σοφία) πρωτόπλα-
στον πατέρα κόσμου μόνον κτισθέντα διεφύλαξε,
bi diſertiſsimè dicitur *primò formatus*,
*pater mundi*, & *quòd ſolus ſit creatus*,
quibus nihil clarius dici poterat. Præ-
terea negamus hanc conſequentiam:
Adamus eſt Typus Chriſti E. non
eſt

est primus homo simpliciter, quam v
pueri rideant. Secundò, *Adamum di*
*posse primum & patrem omnium hom*
*num, quatenus homines omnes in illo pe*
*carunt, & quatenus primus & pater omn*
*um peccatorum est*, in Exerc. c. XXIV. ul
paulò pòst addit: *nuncupatur Adam*
*primus & pater omnium hominum, qu*
*primus homo peccator, quia pater omniu*
*hominum qui peccaverunt, quia peccat*
*fuere imputata omnibus hominibus ex pe*
*cato Adami, quia omnes homines peccav*
*rint in Adamo.* Resp. si hæc audacia se
mel invaluerit, ut quod divini Scriptore
clarissimis & quasi solis radio scriptis ve
bis affirmant, id sine ullâ solidâ ratione
inani distinctionis, restrictionis, respectu
fumo obscurare liceat, jam nullum erit i
universo sacrarum scripturarum codic
dogma, nulla sententia, nullus articulu
fidei, qui non eo modo in dubium vo
cari aut prorsus everti queat. Quamcun
que enim tu sententiam, quodcunque di
ctum hæretico aliive novarum ac profa
narum opinionum magistro objeceris
semper ille hoc vel illo respectu, hoc ve
illo distinctionis commento utetur, &
rem confectam habebit. Nemini itaque
simplices & generales scripturæ textus li-
mitare permissum est, nisi scriptura i
psa limitationem aut restructionem sug-
gesse-

-fferit, aut nisi eas adhibere summa ne-
ssitas cogat, quod in æternum non o-
endet A. Æquè ineptum est, quando ad
ostram sententiam evertendam suffice-
existimat, verba scripturæ citata aliter
telligi posse: neque enim sufficit ad
anifesta loca respondere, sensum iis
osse subesse alium, sed ostendendum
st, cur sensui nativo, quemque verba
lana important, inhærendum non sit.
Alia rursus nulla articulorum fidei certi-
udo erit, sed omnia scripturæ dogmata
everterentur, & Scepticismus in Ecclesi-
m introduceretur. Imò si hæc responsio
sufficit, inanis est labor omnis, quem A.
n hâc controversiâ excutienda impendit.
Ratio est, quia omnia scripturæ dicta,
quæ in Exerc. & Syst. Theol. sententiæ
suæ stabiliendæ adduxit, itidem alio
modo & sensu, quàm quo ab ipso profe-
runtur, intelligi possunt. Nos itaque
verbis propriè acceptis religiosè inhæ-
remus, parumque curamus, quos ille
nobis sensus possibiles fingat & adferat,
cùm à posse ad esse consequentia non va-
leat. Qui plura nosse avet, is adeat Ma-
ximum ævi nostri Theologum GEOR-
GIUM CALIXTUM in Digress. ad ar-
tem novam à pag. 178. usque ad 193. Si-
milia, quibus A. ibid. hanc suam distin-
ctionem illustrare voluit, sicco pede
præte-

prætetimus: præterquam enim quòd sa[l]tem argumentum à particulari suppedi[t]tent (si tamen suppeditant) etiam cu[m] nostris exemplis atque verbis nulla[m] prorsus affinitatem habent.

IX. Neque verò sacræ & canonicæ paginæ saltem dicunt, Adamum fuisse primum omnium hominum, verum etiam idem illud intelligunt. 1. Actor. xvii *Deus ex uno sanguine fecit* πᾶν ἔθνος ἀνθρώπων *universum genus humanum inhabitare* ἐπὶ πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς *super universum faciem terræ*. Quod profectò usque adeo verum est, ut prima etiam fœmina ex uno illo sanguine sive homine producta sit, namque solum Adamum Deus solus & citra ullius causæ secundæ concursum formavit, fœminam autem primam ex Adamo ædificavit, ex utroque denique illo universum genus humanum diffusum est. Bene S. Augustinus l. xii. de C. D. c. ix. *Ex uno homine, quem primum Deus condidit, genus humanum sumpsit exordium, secundum sanctæ scripturæ fidem, quæ mirabilem autoritatem non immeritò habet in orbe terrarum, atque in omnibus gentibus, quas sibi esse credituras inter cætera quæ dixit, verà divinitate prædixit.* Ad hoc tàm solidum & sole ipso clarius argumentum respondet A. in Exerc. c. xxv. *non concluditur*

*ur hinc ut vulgo receptum est, homines nes oriundos ex Adamo. Imo illud tan- n, Deum compegisse omnes homines ex â eâdemque materiâ, ex unâ eâdemque rrâ, ex uno eodemque pulvere, ex unâ eâ- mque carne, ex uno eodemque sanguine;* uasi verò solum negare sufficeret, & A. vas opiniones comminisci, iisque scri- uræ verba contra omnem sacri stili u- m atq; morem inauditâ interpretatione tare liceret. Certè ut nihil perversius le potest, quàm cum Ap. Paulus in ter- inis asserit, Deum ex uno sanguine to- um genus humanum fecisse, contra asse- ere, Deum ex uno sanguine totum genus umanum non fecisse, cùm hoc modo A. aulo apertâ fronte obsistat, & ex profes- o adversetur: ita sophistarum est, invicta dversarii argumenta, perspicuis Scriptu- æ dictis nixa, citra ullam rationem reji- cere, & nudè tantum aliquid regerere, sicut ic facit A. Nos manemus in literâ, & cum omnibus interpretibus ac veteribus doctoribus per unum sanguinem intelli- gimus unum hominem, quo sensu vox sanguinis etiam usurpatur Psal. XCIII, 21. *turmatim coeunt in animam justi, & sanguinem innocentem condemnant.* Prov. c. I. *insidiemur sanguini, & abscondamus nos contra innocentem.* Matth. 27. 4. Judas dicit, *peccavit radens sanguinem innoxium.* Ju-

Juxta hanc itaque interpretationem A
uno verbo controversiam decidit, qu
tanta sollicitudine ab A. perractata e
Videamus tamen, quid adversus prob
tionem, ex hoc loco petitam, A. exc
piat. Primò objicit locum, qui legitu
Job. XXXIII. 6. ubi Elihu ad Jobum ai
*ecce & me sicut & te fecit Deus: & a*
*eodem luto ego quoque formatus sum*
Resp. hunc locum stabiliendæ A. senten
tiæ, aut evertendæ antea memoratæ ex
positioni nullo modo facere id unum cla
rissimè docere potest, quòd nullam prorsus cum Pauli sententia atque verbis si
militudinem habeat; quæritur enim, an
ex uno sanguine idem sit ac ex unâ eâ
demque materiâ, ex unâ eâdemque ter
râ &c. sanguinis autem in citatis verbis
Elihu ne quidem expressa mentio fit. Secundò dicit, *tale esse illud Domini nostri, D. Petrum alloquentis, Simon Bar Jona, caro & sanguis hæc non retexit tibi.* Resp. Neque hic locus quicquam pro A. sententiâ facit, sed contra ad nostram stabiliendam non parum lucis adfert. Nihil enim certius est ex perpetuo Judæorum consensu, quàm quòd formula illa caro & sanguis, Ebraicè בשר ודם hominem significet; quo sensu usurpata creberrimum usum apud Rabbinos, Talmudistas cæterosque Ebræos habet, ex quibus.

s procul omni dubio petita, & ( ceu in-
ita alia ) in N. Teſtamentum tranſlata
:. Quanquam non Chriſtus ſaltem,
ominus noſter, ſed & Paulus eidem pla-
ſenſui ac notioni exprimendæ formu-
n iſtam adhibuerit Gal. 1. 16. *non ac-
uievi carni & ſangumi*, id eſt, cum nul-
homine id contuli, nullum hominem
: Euangelio Chriſti conſului. Eph. vi.
*v. non eſt nobis colluctatio adverſus ſan-
uinem & carnem, ſed adverſus poteſta-
s; &c.* id eſt, non cum infirmis & mor-
libus hominibus, ſed longè potentiſſi-
is ſpiritibus. Confer Ebr. 11. 14. ubi *par-
cipem eſſe carnis & ſanguinis* eſt, parti-
pem eſſe humanæ naturæ, ſive naturam
umanam habere, & Eccleſiaſtic. c. xiv.
9. ubi γενεὰ σαρκὸς καὶ αἵματος *generatio
rnis & ſanguinis*, generatio humana ſeu
ominum eſt. Tertiò ait: *nec prætereun-
um eſt, quod hoc loco Actorum, ſignatè
iſtinxit Apoſtolus materiam à progenie
ominum. Materiam fecit ex ſanguine:
rogeniem dixit à Deo. Ubi dixit, fecit
x uno ſanguine totam hominum gentem;
leinde concluſit, progenies ergo Dei cum
ſimus. Non dixit, progenies Adami cum
ſimus.* Sed quis ferat ita argumentantem:
Apoſtolus non dixit, ſumus progenies
Adami E. non ſumus. Quid opus eſt,
Paulum ſemper & ubique id adjicere,
quod

quod alibi in Scripturâ ex professo doc
tur, imò in hujus ipsius capitis versicul
præcedentibus non tacetur. Sufficit, quò
Ap. in præcedentibus clarè dixerit, ex
no homine omnes oriundos esse, etsi
in sequentibus non addit, Te itaque ὦ
δηλε, Spiritui Sancto verba annumera
oportuit & præscribere, quomodo loque
retur. Nec sequitur: sumus progenie
Dei E, non sumus progenies Adami, at
ex Adamo oriundi, cùm causa prima se
cundam prorsus non excludat. Quart
distinguit inter *creationem particularen*
*Adami & generalem gentilium*, cujus di
stinctionis futilitatem infrà retundemus
ut nihil necesse sit, nos in eâ confutand
hîc diu immorari.

XII. II. Omnes homines ex Adam
descendisse inde etiam probatur, quò
Eva ejus uxor *mater* dicitur *omnis viven*
*tis*. Gen. III. 23. חי quidem in gener
vivens significat, omnibusque, quibus
vita, competit; pro varietate tamen cir-
cumstantiarum homines etiam includit,
& κατ' ἐξαίρετον significat, ut Psal. CXLIII.
2. *non justificabitur in conspectu Dei o-*
*mnis vivens*, id est, nullus homo in con-
spectu divinæ Majestatis justus est. Con-
fer Gen. IIX. 21. Psalm. CXLV. 16. Eo-
dem pacto hîc loci Eva dicitur mater o-
mnis viventis, id est, hominis, quòd ipsa
ceu

eu prima mater univerſæ poſteritati hu-
nanæ vitam dederit. Hinc paraphraſtes
Chald. Onkelos reddit ארי היא הות
אמא דכל בני אנשא *quia ipſa fuit*
*nater omnium filiorum hominis.*) Jonathan
'ſeudo Uzielides: כל בני נשא *omnium*
*'liorum hominis.* Aben Eſra in comment.
d hunc locum: אם כל חי מבני אדם
*nater omnis viventis*, ſcilicet *ex filiis ho-*
*ninis.* Joh. Seldenus l. 1. de Jure Naturæ
ıxta diſciplinam Ebræorum c. v. addit
equentes verſiones: *Cui* (nempe Chal-
æo Onkeloſio) *& conſona eſt illa Judæ-*
*rum Mauritanenſium, mater omnium vi-*
*entium, quæ rationalia ſunt, & Arabica*
*'la altera Saadiæ, ubi adjicitur, quæ rati-*
*nalia & mortalia ſunt. Etiam in Tawaſii*
*'erſica ibi vertitur; mater omnium viven-*
*ium, quæ ſunt rationalia. Factam* itaque
*æminam viro de viro in eo ſexu, in eâ for-*
*nâ & diſtinctione membrorum, quâ fæmi-*
*æ notæ ſunt, quæ peperit Cain & Abel,*
*& omnes fratres eorum, ex quibus omnes*
*omines naſcerentur, in quibus peperit et-*
*im Seth, per quem ventum eſt ad Abra-*
*am & ad populum Iſraël, gentemq; omni-*
*us jam notiſſimam gentibus, & per Noë*
*'lios omnes gentes, quiſquis dubitaverit,*
*mnia cogit nutare quæ credimus, longeq;*
*fidelium mentibus repellendus eſt,* ceu S.
Auguſtin. pronunciat l. ix. de Gen. ad li-

teram c.xi. III. Idem ex eo constat, quòd Deus sex dierum intervallo omnes omnino creaturas condidisse dicitur, Gen. 11 1. 2. 3. *Et perfecti sunt cæli & terra & omnis exercitus eorum, & perfecit Deus in die septimo opus suum quod fecerat, & requievit in die septimo ab omni opere suo quod fecerat. Et benedixit Deus diei septimo & sanctificavit illum, quia in eo requievit ab omni opere suo, quod creaverat Deus ut faceret.* Exod. xx. 11. *sex diebus fecit Dominus cælum & terram, & mare, & omnia quæ sunt in eis, & requievit in die septimo.* Unde irrefragabile consequens est, extra illa, in principio creationis sex dierum spatio facta, nihil præterea à Deo productum, nullos etiam alios homines creatos fuisse, sed masculum & fœmellam, die sexto conditos, hominum omnium primos extitisse. Marem autem illum & fœminam Adamum & Evam esse, si non aliunde, saltem ex Marc. x: 6. apertissimè constat, ubi Servator noster inquit: *ab initio creationis masculum & fœminam creavit eos Deus & dixit: propter hoc relinquet homo patrem suum & matrem, & adhærebit uxori suæ, &c.* Liquidò hîc cernitur, 1. quòd rerum omnium opifex Deus ab initio creationis fecerit unum masculum, & unam fœminam, quibus verbis citra omne dub

lubium Christus respicit ad Gen: 1. 27:
. quòd iisdem illis, mari & fœminæ, in
xordio mundi & primâ creatione dixe-
it, injunxerit, ordinaverit, ut homo,
'ir, maritus uxori suæ adhæreat, & qui
luo erant, una caro fiant, Hinc ad propi-
rem rei intellectum ita argumentamur:
Ad quoscunque Deus ab initio creatio-
iis verba illa antea memorata dixit, illi
unt homines primò omnium creati, per
Marcum cap.x.6. Atqui ad Adamum &
Evam verba illa dicta sunt, per Mosem
Genes.11.24. E. Adamus & Eva sunt illi
primò omnium creati homines. Hæc
unt clarissima divini verbi testimonia,
quibus A. se submittere & linguam pro-
inus compescere debebat; ea tamen pro-
erviâ atque contentione est, ut afferat,
*olligi ex iisdem alios homines Adamum
intecessisse, ex positione hac clariorem
nulto apparere historiam Geneseos, ean-
lem conciliari cum seipsâ, cum monumen-
is omnibus prophanis, cum hominibus
Mexicanis, Australibus & Septentrio-
ialibus, qui nondum cogniti sunt, cum re-
ctâ ratione*, in Exerc. c. IIX. & XXVI.
Quæ παράδοξα an demonstrare valeat,
nfra in examine System Theol. videbi-
nus; quia enim A. *probationes illas in a-
iud tempus differt*, eas etiam suo loco pla-
iè ac diligenter considerabimus.

XI. Quod itaque nec lex Adamo dat[a] hoc loco intelligenda sit, nec rationes quibus A. ad investigandos Præ-Adami[tas] impulsus est, veritatis examen susti-nere queant, huc usque ostendimus, & sic primum fundamentum, quo totum Exercitationis robur nititur, disjecimus. Progredimur porrò ad alterum, nemp[e] distinctionem peccati in imputatum & non imputatum, quam tantâ audaci[a] pluribus in locis inculcat, ac si Aposto-lum Paulum disertis verbis in ea sibi præ-euntem haberet. Hinc in Ex. c. XVII. ait *nullam aliam his versibus & toto hoc capi-te, sive distinctionem sive differentiam sive dissimilitudinem peccatorum, vel posuisse vel intellexisse Apostolum, præter illam quæ est inter peccata imputata & non im-putata. Peccata facta post legem datam A-damo, imputata: peccata facta ante legem datam Adamo, non imputata.* Et c. XII *Apostolum posuisse hoc loci duo tempora. Unum, quo peccatum primitùs imputar[i] cœpit. Alterum, quo quidem peccatum e-rat in mundo, sed non imputabatur. Tem-pus illud quo peccatum primitus imputar[i] cœpit, fuisse illud quod incepit ab Ada-mo, à lege, & transgressione legis illius, quam Adamus violavit. Tempus autem il-lud, quo peccatum erat in mundo sed non imputabatur, quærendum esse ante legem*

Po-

Postea ita infert: *quærendi ergò erunt alii homines ante Adamum, quorum neq; peccata fuissent imputata, neq; mors regnans.* Ut igitur cõstet, quo jure A. Apostoli verba ad hujus distinctionis confirmationem adhibeat, ante omnia ad Pauli sensum attendendum, & verba ipsa rectè vertenda sunt, quæ quidem in textu Græco ita habent: ἁμαρτία οὐκ ἐλλογεῖται μὴ ὄντος νόμου, & ab A. in Exerc. c. x. atque alibi transferuntur, *peccatum non imputabatur*; quamvis *recentiores versiones habeant*; *peccatum non imputatur.* Nos utramque versionem falsam, verbisq; Apostoli Græcis adversam esse existimamus. Priorem quidem, quam vetus interpres & Pontificii post ipsum amplexi sunt, vel sola textus gr. inspectio ocul ariter confutat, in quo non imperfectũ, sed præsens ἐλλογεῖται extat. Posteriorem verò ideò improbamus, quod verbum ἐλλογεῖται, quo Apost. in suo idiomate utitur, reputari, æstimari, judicari, haberi significet, & quidem hoc sensu: etsi non existente lege, quæ peccati fæditatem ostendit, peccatum non reputetur, non æstimetur, pro peccato ferè non habeatur, revera tamen usq; ad legem Mosaicam in mundo erat. Rationem dat Apostolus, v. 14. immediate sequenti, quia usque ad Mosen sive usque ad legem per Mosem promulgatam (*Moses enim*

*sumitur hoc loci pro lege datâ Mosi,* juxta A. in Exerc. c. XI.) mors, peccati comes & effectus regnavit. Hunc sensum, quando ex verbis ipsis sponte sua fluit, & cum præsenti Apostoli proposito convenit, & nos postquàm plurimos alios, cumprimis verò B. nostrum Lutherum amplectimur, atque alteri illi ab A. allatæ interpretationi meritò præferimus. Hâc unicâ, & nisi valdè fallimur, solidâ solutione, non saltem commentum illud distinctionis inter peccatum imputatum & non imputatum penitùs concidere necesse est, verùm etiam omnia illa, quæ A. locis antè citatis, & in Exerc. c. X. XI. XIV. XXII. Part. I. Syst. Theol. l. I. c. I. l. V. c. IV. hypothesi illi superstruxit.

XII. Cæterùm quia hoc pacto sententiam illam suam penitus eversam, nec quicquam restare sibi videt, quod porrò urgeat, hodiernam lectionem Græcam in dubium vocat atque impugnat, alteram autem illam, quæ habet *imputabatur*, c. X. Exerc. his rationibus defendit I. *Vetus & vulgata versio legit expressim Imputabatur*: Resp. Versio latina lutulenta fluit, & examinanda est ad codicem Græcum authenticum, quo nulla unquam versio tutior esse potest; quod ve ipse A. nos docet, qui c. XXV. Exerc. vulgatam versionem ex Græco textu corri-
gi

t his ipsis verbis: *Vulgata editio vertit, e uno simpliciter. Sed in autographo Græco legitur expressim.* ἐξ ἑνὸς αἵματος, *ex uno sanguine.* Optimè enim & ad hanc ipsam rem accommodatè S. August. l. xv. de Civ. Dei c. XIII. *Rectè fieri nullo modo dubitaverim, ut quum diversum aliquid in utrisque codicibus invenitur, quandoquidem utrumque non potest esse verum, ei linguæ potius credatur, unde est in aliam per interpretes facta translatio.* Ad quem locum Lud. Vives annotat: *Hoc ipsum Hieronymus clamat, hoc ipsa docet ratio: & nullus est saniore judicio, qui repugnet: sed frustra consensus bonorum ingeniorum hoc censet, nam rigidus stupor velut moles opponitur, non quia isti inscii sunt earum linguarum, nam nec Hebraicè sciebat Augustinus, & Græcè minus quàm mediocriter, sed non est in his ea modestia animi, quæ in Augustino. Hic undecunque paratus erat doceri, ipsi nusquam volunt doceri, ubique docere quod ignorant.* Adde quòd lectio illa *imputabatur* non sit perpetua; nam *codices MSS. non pauci, iidemque Græcis consentientes habent: peccatum non imputatur*, teste Guilielmo Estio in comment. ad h. l. II. *Et verisimiliter oportuit veteres Græcos codices ita conceptos fuisse,* Ἁμαρτία ᾗ οὐκ ἐλλογεῖτο μὴ ὄντος νόμου. Resp. Hæc mera &

inepta est ex ingenio hariolatio, ut vox *verisimiliter* clarissimè docet, quæ in hâc re minimè omnium sufficit, sed certa & immota assertionis hujus argumenta allata oportuit. Alias si istam suspicandi licentiam nobis permittimus, quò tandem deveniemus & devolvemur? Adhæc codices græci constanter legunt ἐλλογεῖται, à quorum unanimi consensu citra temeritatis & impudentiæ notam nemo recesserit. Nos quidem certè codicum omnium, etjam antiquissimorum fidem sequi maluimus, quàm conjecturam tantùm leviculam obscuri, & rem sibi minimè perspectam temerè impugnantis, ac sine omni judicio damnantis nugivenduli. Neq; hanc A. lectionem Grammatica Græca admittit: nam à verbo ἐλλογέομαι in imperfecto non dicitur ἐλλογεῖτο, sed ἐνελογεῖτο: hæc certè magna ling. gr. imperitia est, & tanto promissore prorsus indigna. III. *Incuria Notariorum, qui primùm pedem literæ μ, adverbii μὴ, continuâ serie scripserant cum verbo ἐλλογεῖτο: reliquum verò literæ ejusdem μ, longiusculè, & disjunctum à primo pede: accidit ut ἐλλογεῖτοι primùm corruptius, deinde ἐλλογεῖται repositum fuerit: quamvis verè scribendum fuisset ἐλλογεῖτο.* Resp. Profectò qui veterum librariorum ductus ita in numerato habet, eum notariis assedisse & curiosis admodum oculis

culis usurpasse oportet, quibus illi linementis atque tractibus literas illas depinxerint; quod cum de se A. polliceri neueat, quid impedit, quò minus omnia illa figmenta & insulsas otiosi hominis nugas appellemus. Et quia isthæc contra linguæ Græcæ naturam geniumq; fiunt, ceu antea dictum est, hinc ejusmodi futilibus conjecturis omnibus se deridendum propinat. Dum verò ex merâ animi libidine receptam textus græci authentici lectionem immutat, discerpit, susque deq; miscet, atque aliam illius loco substituit, eo ipso universum N. Test. codicem fundius pessundatum it atque eversum. Rectissimè August. Sebastianus Nouzenus c. ..de Lib. Ebr. naturâ: *Ea*, inquit, *quæ à nemine vel dicta vel scripta comperiuntur, firma atque immutabilia esse oportet, usque adeò ut ne apicem aut jota quidem minimum negligas, multo minus inscitiâ transmoveas. Quod si locus sit, in quo vel unâ eaq; minimâ vel mutatâ, vel transpositâ, vel expunctâ literâ Spiritus Sancti voluntas non consistat: nonne ad eum modum, qui oscitanter explanabit, falsarius aut proditor potius habendus sit quàm interpres?*

XIII. Etsi igitur distinctio A. inter peccatum imputatum & non imputatum primo intuitu cum verbis Apo-

stoli aliquo modo convenire videatur falsam tamen esse, nec Pauli textu nixan evicimus, pluribusque asserere potera mus, nisi hæc ad istius rei explicationem sufficere existimaremus. Proximum nun est, ut utrum versus 14. c. v. Rom. pr Præ-Adamitis quicquam faciat, dispicia mus. Id verò adserit A.c.vi. Exerc. *Di xit disertissimè Apostolus : mortem re gnavisse ab Adamo in eos etiam , qui no peccaverant.* τὸ *peccaverant denotat tem pus præcedens, tempus illud primum , qu mors regnare cæpit.* τὸ *etiam denotat ali quid quod extra ordinem videtur : mor tem scilicet regnavisse retrò etiam à Ju principio.* Cap, XIII. *Notanda sunt curi osè verba illa : in eos etiam qui non pecca verant* τὸ *peccaverant , denotat tempu præcedens Græcis* ἀόριστον, *Latinis indeter minatum : præcedens inquam definitum illud tempus ab Adamo, à quo peccatum intravit in mundum. Denotat homines qui peccaverant antè Adamum , sed no ad transgressionis Adami similitudinem.* Sic Part. I. System. Theol. l. v. c. III. *In e os qui non peccaverant. Quæ de homini bus natis ante Adamum proculdubio in telligenda sunt. Peccaverant scilicet ant Adamum nati homines ; Non peccave rant ad similitudinem transgressionis A dami. At si posteri Adami omnes pecca*

*verun*

*erunt ad ſimilitudinem transgreſſionis ejus: quod amabo genus hominum potuit non peccaviſſe ad ſimilitudinem transgreſſionis illius? Certè illorum ſit neceſſe eſt, qui ante Adamum creati erant.* Confer Exerc. c. XXII. Reſp. Nugatur A. in re ſeriâ, nam in textu originali, quo Paulus uſus eſt, extat aoriſtus ἁμαρτήσαντας, qui non ſignificat, peccaverant, ut A. abſque omni ratione vertit, ſed peccaverunt; quâ verò ſpecie ille hanc aoriſti principalem & ordinariam ſignificationem deferat, non ſatis conſtat. Optimè enim fluunt verba Apoſtoli in præterito reddita hoc modo: *mors ab Adamo uſque ad Moſen regnavit etiam in eos, qui non peccaverunt ad ſimilitudinem transgreſſionis Adami.* Quòd ſi vel maximè aoriſtus ille per peccaverant reddatur, neque ſic tamen quicquam negotii nobis faceſſere, aut A. ſententiæ firmandæ facere poterit, ceu mox pateſcet. Porrò concedimus, conjunctionem copulativam καὶ ſive τὸ *etiam denotare aliquid, quòd extra ordinem videtur*, aut potius intendendæ atque amplificandæ ſententiæ cauſa ab Apoſtolo uſurpatam fuiſſe. Quæritur autem quid illud extraordinarium ſit, quidve hîc amplificare voluerit atque augere? A. aſſerit τὸ *etiam denotare, mortem regnaviſſe retrò etiam à ſuo prin-*

*cipio*: quod veluti humanæ tantùm conjecturæ supplementum, eâdem facilitate à nobis rejicitur, quâ ab illo citra ullam sufficientem rationem adfertur: Ubi enim, quo versu, quibus verbis Apostolus dicit, *mortem regnavisse retrò etiam à suo principio*? ubi & quando hanc quæstionem movit? Imò proclive admodum est, potiùs contrarium ex his Apostoli verbis inferre; quâ fini observa circumstantiam & terminum regni mortis duplicem, à quo & ad quem, Terminus à quo est Adam, dicit enim expressè Apostolus: *Mors regnavit ab Adam*, sive à lapsu Adami, ceu termino temporis à quo. Terminus autem ad quem est Moses, ad cujus usque tempora continuo quasi actu mors in mundo regnavit. Quòd verò mors etiã retrò à suo principio regnaverit, id nec Apostolus dicit, & huic verborum cohærentiæ ac distinctioni, in textu observatæ, penitùs repugnat. Duos illos terminos ipse etiam A. agnoscit, hinc in Exerc. c. 12. scribit: *Tempus illud primum, quo mors regnare cœpit, fuisse illud, quod incepit ab Adamo, à lege & transgressione legis illius, patet ex verbis ipsis Apostoli, & luce meridianà clarius patet.* Et in c. 22. *Inquies quod est illud momentum, à quo mors regnare cœpit? Regnavit mors ab*

*b Adamo;constat de principio; videamus nem istius regni: regnavit mors ab Adamo,usque ad Mosen.*Part.1.Syst. Theol.l: .c.v.*Regnavit mors ab Adamo. Vides hic mortis originem. Finem respice, usque ad Mosen. Condemnatio quippe illa regnabat omnibus hominibus ab Adamo usque ad Mosen, nec non homines omnes per illud empus constringebat.--Metas igitur cognitas posuit Deus, Adamum & Mosen, mor-* 1.c.vi.*Habuit mors definitos terminos,Adamum & Mosem: quos ultra citraq; nequivit consistere.* Quisquis igitur hanc emporis circumstantiam propius perpenderit, is haud invitus fatebitur, A.terminos illos antè assignatos excedere.

XIV. Præterea advertendum est, agi n propositione Apostoli de iis qui peccaverunt: etsi enim non peccaverunt ad similitudinem transgressionis Adami, revera tamen peccaverunt, ut constat ex v: 14. Atqui Præ-Adamitæ non peccaverunt. E. de Præ-Adamitis hic non agitur. Minor facilè probatur; nam Quibuscunque nulla unquam lex lata est, illi etiam legis illius observantiæ minimè obligantur, nec peccant. Atqui Præ-Adamitis nulla unquam lex lata est. E. etiam Præ-Adamitæ legis observantiâ minimè obligantur nec peccant. Majorem A. nullâ specie negare potest, cum illius

illius veritas apud omnes omnino Theo-logos & Philosophos indubia sit, & nil novas definitiones velit cudere, *Pecca-tum est ἀνομία, legis transgressio seu vio-latio* 1 Johann. III.4. Si hæc peccati ra-tio formalis & definito est, peccatum n fingi quidem potest, nisi sit lex, qu peccando violetur. *Ubi lex non est, il nec prævaricatio est.* Rom. IV. 15. Minc rem A, ultrò concedit in Exerc, cap. I *Lex data Adamo fuit princeps omniu legum.* cap. XIII. *Nulla erat promulgat lex Dei antè Adamum: atque adeò no existente lege Dei, nullum erat illoru hominum peccatum.* Denique de iis hc versu sermo est, in quos regnavit mor Atqui mors regnavit in Adami postero non antecessores, sive in eos, qui ab Ad mo usque ad Mosen & per tempus illu vixerunt. E. de Adami posteris, non an tecessoribus hoc versu sermo est: A. totit itaque Apostolicæ orationis deductior alienum est, eidemq; proinde adversatu A. sententia, quâ verba illa ad Præ-Ada mitas usq; exporrigit, cùm nihil aliud ii dem sibi velit Apostolus, quàm *morte regnavisse ab Adamo in Adami posteros qui in illo & ab illo peccaverunt*: ut A. ve bis utamur, quæ habet in c. XIII. Exer Objicit ib. A. *Quòd si ita esset, nihil hic n vi portavisset Apostolus. Quis enim n*

*sc*

*ſcit mortem regnaviſſe ab Adamo, in omnes Adami poſteros qui in illo peccaverunt?* Sed facilis eſt reſponſio: cum enim Scripturis inuſitatum non ſit, id quod jam antè dictum erat, repeti & *pleniùs ſignificari*, quod A.c.IX.Exerc. diſertè agnoſcit; etiam Apoſtolus revera idem illud, quod antea dixerat, pleniùs exprimit. Quam enim v. 12. theſin veluti poſuerat, *omnes in Adamo peccaviſſe & mori*, eam v. 14. amplificat aſſerendo, *mortem regnare etiam in eos, qui non peccaverunt ad ſimilitudinem tranſgreſsionis Adam*; quibus verbis ex communi Chriſtianorum ſententiâ infantes recens natos intelligit, quod quidem paucis explicandum eſt. Omnes omninò homines per naturalem generationem ex Adamo prodituri in eodem peccaverunt, ut conceptiſſimè ſcriptum eſt v. 12. & ab A. conceditur in Exerc. c. I. II. III. VII. Adamus, inquam, & infantes, ejus poſteri contra legem Dei peccaverunt; non tamen ratione unâ eâdemque, verum diverſa. Adamus ſicut tunc temporis actu erat in rerum naturâ, peccavit etiam actu, actione reali, & ipſo opere: infantes, poſteri ejus tùm revera & actu in rerum naturâ non erant, ideoque actu, actione reali & opere ipſo legem divinam non ſunt tranſgreſſi; impoſſibile enim eſt, ut qui actu in rerum naturâ non

existunt actu peccent. Si verò non peccaverunt actu & realiter. Ergo peccaverunt in Adamo interpretativè. Hinc A. ipsemet Part. I. Syst. Theol. l. v. c. IV. *Neque verò fuere revera & actu in Adamo homines, neque in illo peccavere omnes revera & actu, --sed interpretativè.* Adamus sciens & volens liberrimeque in gratiam uxoris defecit; posteri ejus, infantes recens nati, scientes & volentes nullum peccatum contra legem Dei perpetrant, quippe qui legem divinam prorsus ignorant, non intelligunt, nec intelligere possunt. Adamo actus ille malus in Paradiso commissus voluntarius fuit formaliter, ita quidem ut voluntas Adami actualem esum fructus vetiti facultati locomotivæ imperaverit, & dedita opera contra expressum mandatum divinum exercuerit; posteris verò ipsius infantibus actus ille voluntarius fuit saltem interpretativè, quia etsi actuali esu, à voluntate imperato, non peccarunt, tamen propter consensum & moralem unionem voluntatis Adami ceu parentis, & infantum posterorum ipsius, actus ille ab Adami voluntate physicè imperatus, istis imputatur, perinde atque si eum ipsimet facultati locomotivæ imperassent.

XV. Ex his manifestò liquere potest, infantes Adami posteros legem Dei quidē, non

on tamē ad ſimilitudinē tranſgreſſionis
dami violaviſſe. A. tamen enixe con-
ndit, etiam *infantes peccaviſſe ad tranſ-
eſſionis Adami ſimilitudinem* in Exerc.
VI.VII.XIII.XVI. Part.1. Syſt. Theol. l.
c. IIX. cujus rationes, neſcimus an ope-
e pretium ſit, expendere; quantã tamen
otiores ad hoc probandũ vim habeant,
eviter videbimus. I. *Quâ ratione potu-
ſet mors actualiter regnare in Infantes,
ſi Infantes actualiter peccaviſſent? quâ
atione, inquam, potuiſſent Infantes mori
evera & actualiter, neque peccaviſſe re-
era & actualiter? Præſertim cùm mors
t peccati opſonium, ut loquitur Apoſt. cap.
hujus Epiſt.* Exerc. c. VI. Reſp. negamus
anc majorem: Qui actualiter moriuntur,
ctualiter etiam peccarunt; mors enim
œna eſt non peccati actualis, ſed origi-
alis, cui illa quaſi è regione reſpondet: *per
num hominem peccatũ intravit in mun-
um, & per peccatum mors* Rom. V. 12.
*Per hominem mors* 1 Cor. XV. 21. *in Ada-
mo omnes moriuntur* ib. v. 22. Infantes igi-
ur inevitabili neceſſitati ſubeundi mor-
em obnoxii ſunt, imò ſæpè actu mori-
ntur non ob peccata actualia, ſed origi-
lis, quod ab Adamo naturali propagatio-
ne trahunt. Quod probationem ex Ro-
nan. VI. 23. petitam ſpectat, illa vel hâc
olâ de causâ parum ponderis atque
mo-

momenti habet, quòd hic quæstio sit, cu
infantes recens nati morti corporis sin
obnoxii; at in citato Pauli loco intellig
videtur mors æterna, cujus rei manifest
oppositio, in textu instituta, fidem facit
opponitur enim huic morti vita æterna
Ut igitur salva sit oppositio illa, quam ir
textu institutam videmus, oportet etiam
mortem æternam intelligere. II. *Ulteri
us progredior proboque Apostolum intel-
lexisse; infantes etiam Adami nepotes pec
cavisse ad ejus transgressionis similitudi-
nem. Dixit enim, omnes homines: non æ
tatem distinxit; neque enim adultus ma-
gis est homo quàm infans; dixit inquam
omnes peccavisse in Adamo. At si pecca
verunt infantes in Adamo. E. multò ma
gis ad ejus transgressionis similitudinen
&c.* ibid. Resp. Negamus rursus majo
rem: Quicunque peccarunt, ad similitu-
dinem transgressionis Adami peccave
runt, ratio ex n. XIV. petenda est. In
probatione mox subjuncta expressè peti
tur principium: cùm hæc præmissa du
bia & à dicto simpliciter, ad dictum se-
cundum quid procedens, per propositio-
nem æquè dubiam probetur, ceu legent
apparebit. III. Distinguit inter similitu
dinem naturalem & spiritualem, atque
illã rursus subdividit; quæ omnia præter-
mittimus, cùm quòd meri lusus æquivoci
atque

que ἀκυρολογίαι sint, tùm quòd expli-
tionem nostram suprà n. XIV. traditam
lanè non evertant.
XVI. Tandem *omissis distinctionibus*
*osëam Prophetam* adducit in Exerc. c.
v. XVI. & Part. I. Syst. Theol. l. II. c.
I. *qui locus* juxta ipsum *unicus occurrit*
*Bibliis sacris, ubi explicatur præcisè*
*lucidè, quid fuerit peccare ad similitu-*
*inem peccati sive transgressionis Adami.*
xistimat igitur A. & pro certo sumit,
co allegato sermonem esse de Adamo
usque peccato, quod tamen nullo dum
rgumento ab eo confirmatum vidimus,
uamvis multa verba inaniter profuderit.
i quis dicat, in Ebræo expressè dici:
*psi* כארם *velut Adam transgressi*
*unt fœdus*; illi responsum velimus. I.
Argumentationes à nuda & sola voce pe-
itæ parum firmæ sunt, nec licet unam
altem voculam à totâ tractatione Pro-
phetæ avulsam, & quasi illâ solâ ibidem
extaret, torquere contra scopum & pro-
positum Prophetæ, Id quod ex hâc voce
ad suam sententiam confirmandam A.
colligit, admitti posset, si nomen אדם
in Scripturâ semper esset nomen propri-
um; jam verò dictio illa non semper pro-
pria, sed interdum etiam appellativa est,
quemvis hominem promiscuè, è vulgo,
abjectum significans: quo sensu accipi-
tur

tur Job.xxxi·33. *Si texi* כאדם *præva ricationes meas*, h. e. כשאר האנשים *ficut reliqui homines aut vulgus solet*, juxta R. Levi Ben Gerson in Comment. ad h. l כדרך בני אדם לכסות פשעם מבני אדם *more filiorum hominis sive vulgari um hominum, ut pallıant defectiones suas coram hominibus*, interprete R. Aben Esra ibidem. Psal. LXXXII. 7. כאדם *morie mini*; ubi Chaldæus: היך בני נשא *ficut filii hominis*. Hortatur enim psaltes Judices Israël, ut perpetuo meminerint, se esse quidem Deos & filios excelsi, adeoque in magnâ dignitate constitutos, sed simul mortales & morituros, ficut hominem quemlibet, etiam ex vulgo. Eodem pacto apud Hoseam אדם est homo vilis, abjectus, contemnendus, cujus instar Israëlitæ pactum transgressi, & contra Deum prævaricati sunt, atq; abominationes fecerunt. R. David Kimchi in comm. istam paraphrasin adfert; כאדם שבוגד בחבירו ועובר על בריתו כן נקל ביניהם לבגוד בי ולעבור על בריתי *ficut unus hominum contra alterum prævaricatur & fædus frangit, sic levıculum est ipsis, in me perfide agere & pactum meum transgredi*. Paraphrastes Chaldæus transtulit: כדריא קדמאי *ficut generationes priores*. Unum adhuc monebimus, & postea finem huic capiti imponemus.

Scribit

ribit Apoſtol. Rom. III. 25. *Chriſtum opoſuit Deus propitiationem per fidem ſanguine ipſius ad oſtenſionem juſtitiæ æ, propter remiſſionem τῶ προγεγονότων ἁμαρτημάτων præcedentium delictorum;* iem locum in hunc modum exponit A: Exerc. c. xx. *Peccata illa quæ præceſſent peccatum Adami, illa eadem fuere, ſi me fallit conjectura, quæ vocavit Apoſtolus ſuprà cap. 3. hujus Epiſtolæ, peccata præcedentia: προγεγονότα ἁμαρτήματα, uæ præceſſerunt: ſupple legem. — Quæ ilicet peccata ab initio nulla & irrita, uia facta antè legem & Adamum, ex poſtacto Adami convaluerant, &c.* Sed hæc il niſi vana conjectura eſt, ut ipſe fateur; & cùm nullâ firmâ aut ſaltem probaili ratione doctis ſuam temerariam aſſeronem probare queat, verbis duntaxat am coram imperitioribus utcunque ſuentare conatur. Senſus autem verbom Apoſtolicorum hic eſt, quòd Deus onſtituerit Chriſtum propitiationem quidem hâc fini, ut per eum omniius omninò hominibus demonſtraret ac nanifeſtam faceret juſtitiam ſuam, quòd eccata etiam illa, quæ mortem, paſſioem, ac redemtionem per Chriſtum faam anteceſſerunt, imò ſtatim à lapſu Adami commiſſa ſunt, gratis & ſine ſatisactione non remittat, ſed pro peccatis illis

illis priùs & ante passionem Christi admissis pretium sanguinis effusi solvi sibi voluerit. Addit quidem A. *Mihi nihil agere videntur, qui volunt, Apostolum intellexisse hoc loco; Jesum Christum placamentum ad hoc propositum fuisse à Deo ut præteriret peccata antecedentia legem Mosaicam. Tanquam ad hoc propositu videretur Jesus Christus, ut præteriret & deleret peccata facta in legem tantum Mose promulgatam non autem ut maxime præteriret, & præcipuè extinguere peccata facta in legem datam Adamo* Sed monstra sibi saltem fingit quæ debellet, concessimus enim jam tùm antea Christum à Deo propositum fuisse propitiationem, ut pro peccatis non saltem in legem Mosaicam commissis, sed & à lapsu statim primorum nostrorum parentum perpetratis pretiosum suum sanguinem effunderet, & interventu sanguinis sui effusi divinam iram propitiaret.

## CAPUT TERTIUM.

I. HActenus versus Apostoli Pauli ex Rom. c. v. prolatos, in quibus principale robur ad sententiam suam stabiliendam ab A. positum est, quantâ potuim us diligentiâ excussimus: unde id constat, A istam novitiam opinionem ex iis clarè & perspicuè non demonstrasse,

ſed dubiis, obſcuris longeque petitis
nſequentiis per vim inde deduxiſſe.
eſtat jam, ut ad illa etiam argumenta
imum advertamus, quæ Part. 1. Syſt.
heol. profert, & quid in ſingulis preſi-
i collocatum habeat, paulò accuratiùs
pendamus, In toto autem libro primo
hil eſt, quod diſtinere nos ac morari
beat, itaque ſtatim progredimur ad
orum ſecundum, in cujus cap, 1. mox
initio hanc theſin ponit, *gentiles non
iundos eſſe ex ſtirpe & proſapia Judæo-
um, imò genere eſſe diverſos*; quod ut
uo ſenſu verum ſit, appareat, ante o-
nnia ſciendum eſt, qui nam Judæorũ no-
iine veniant. Judæi nomen ſuum na-
i ſunt à Juda, Jacobi Patriarchæ quar-
filio, id quod gentiles etiam obſerva-
unt, hinc Juſtinus l. XXXVI. c, 11: vera
lſis miſcens: *Iſrahelem*, inquit; *felix de-
em filiorum proventus majoribus ſuis
lariorem fecit. Itaque populum in decem
egna diviſum filiis tradidit, omneſque ex
omine Judæ, qui poſt diviſionem deceſſe-
at, Judæos appellavit.* Strictè igitur &
pecialiter Judæus eſt, qui ex tribu Judæ
originem habet, & eodem ſenſu Juda, illa
erritorii Iſraëlitici pars, quæ tribui Juda
erat aſſignata, quo ſenſu accipi videtur,
1 Sam. XXIII. 3. Poſt ſciſſuram tribuum
& à tempore Jeroboami non tantùm ex
Judâ

Judâ, sed aliâ etiam tribu orti ita dict sunt, nempe universus populus regn Hierosolymitani, Israëlitico seu Samarita no contradistincti; sic Mordechai Benja minita dicitur איש יהודי *vir Judæu* Esther. II. 5. ubi Aben Esra: בעבור היותו ממלכות יהודה נקראכן *quia erat è regno Juda ita vocatur.* E Rabbi Salomo Jarchi in comm. ibid על שגלה עם גלות יהודה כל אותן שגלו עם מלכי יהודה היו קרויים יהודים בין הגוים ואפילו משבט אחר הם *Vocatur ita, qui cum regno Juda abductus fuit in captivitatem: omnes enim illi, qui cum Regibu Juda migraverunt, Judæi vocati sunt inter gentes, etiamsi essent ex tribu alia.* Confer Jerem. XXXIV. 9. XLIII. 9. Imò ac omnes omninò, qui non saltem ex captivitate Babylonicâ reduces in Palæstinâ & terrâ Israël degebant, sed & Ægyptios Babylonios, Barbaros, totamque adeò gentem Israëliticam nomen illud transii atque extensum est, uti ex Esrâ, Nehemiâ Esther, libris Maccabæorum & novo Testamento videre est. Quo verò tempore ita vocari cœperint, inter Christianos æquè ac Judæos adhuc disceptatur. Josephus l. XI. Antiq. Jud. c. V. ἐκλήθησαν ἰουδαῖοι τὸ ὄνομα ἐξ ἧς ἡμέρας ἀνέβησαν ἐκ βαβυλῶνος, ἀπὸ τῆς ἰούδα φυλῆς, ἧς πρώτης ἐλθούσης

εἰ

ἐκείνους τοὺς τόπους, αὐτοί τό καὶ ἡ χώρα τ
...ιπαγγελίας αὐτῆς μετέλαβον. *Judæi hoc no-*
*...ne vocati sunt ex eá die, quà ascende-*
*...nt è Babylone, videlicet à tribu Judà,*
*...æ cum prima in locos illos venerit, ipsis*
*... regioni nomen istud inditum est.* Sed
...litur hîc Josephus, & longè rectiùs P.
...næus l. 1. de Rep. Ebræorum c. x. *Non*
*...spublica, non imperium de Judæ nomi-*
*...dici cœpit, nisi postquam secessionem*
*...ajor Israëlitarum pars fecisset Hierobo-*
*...ni auspiciis. -- Cum scissum divisum-*
*...e Israëlitarum regnum fuit, duæ tri-*
*...s, Levitæ & Benjaminitæ Judæis se so-*
*...averunt. Quia autem pauciores tenuio-*
*...sque erant, nil nisi accessio habiti sunt.*
*...aque nec respublica ab illis appellatio-*
*...m accepit, & ipsi pene nomen suum ami-*
*...re: dicti enim tandem communiter Iudæi*
*...nt.* Alii aliter; quicquid vèrò de eo sit, id
...men certissimum est, longè post ætatē
...Iosis Israëlitas, eosque solos nomine hoc
...eneratim dictos fuisse, in quo docti o-
...nnes consentiunt. A. quidem l. 11. Syst.
...Theol. c. 1. *Quamvis propriè Iudæi dican-*
*...ur prognati ex Iuda, natu quarto ex 12.*
*...liis Iacob: Iudæos tamen, latè sumpto no-*
*...nine, dicemus & illos, quicunque ab Ada-*
*...mò usque ad Iudam derivati sunt.* Et in
...Exerc. c. 11. *Iudæos intelligo non filios A-*
*...rahami tantum, qui vocantur semen*

*Abrahæ*; *sed & patres omnes Abraham ipsius*, *Adami posteros*. Verùm hæc vocis illius acceptio perpetuo Christianorum ac Judæorum usui repugnat, & contra stilum totius Scripturæ est: nullibi enim in sacris litteris Judæi dicuntur omnes ex Adamo oriundi, sed illi tantùm qui ex Jacobi Patriarchæ, gentis Israëliticæ conditoris, semine prognati, ejusque fidem & religionem amplexi sunt, qui que alias passim Israel, Filii Israel, Filii Jacob in utriusque Testamenti voluminibus appellantur, quemadmodum ex omnium locorum inductione patet. Ex mente autem A. non soli Jacobi Patriarchæ posteri, sed & Idumæi, Ismaëlitæ Moabitæ, Ammonitæ aliique popul tantùm non infiniti Judæi essent, & appellandi forent, cùm illi omnes itidem ab Adamo derivati sint, quod quisquis codicem sacrum saltem inspexerit, fateatur necesse est.

II. Sed è diverticulo in viam redeundum est. Gentiles non oriundos esse ex stirpe & prosapiâ Judæorum, A. ταῖς ἀμφοῖν largimur, si nomen Judæorum eo sensu sumatur, quem antea ex Scripturæ & communi Christianorum usu planè ac dilucidè ob oculos omnium proposuimus. Nam quicunque ex Jacobo aut Judâ Patriarchis non sunt prognati, illi non

on ſunt oriundi ex ſtirpe & proſapiâ
ıdæorum. Jam Gentiles (non quidem
ræ Adamitæ, ſed, verbi gratia, Græ-
i, Itali &c.) ex Jacobo aut Judâ Patriar-
his non ſunt prognati. E. Dum verò
erpetuâ vocis illius, in ſcriptura uſur-
atæ, proprietate rejectâ novâque acce-
tione confictâ, Judæos latè ſumit & ad
uoſcunque Adami poſteros extendit,
ffirmamus Gentiles ex ſtirpe & proſa-
iâ Judæorum oriundos eſſe. Ne igitur
A. vocis illius κρησφυγέτῳ imperitioribus
mpliùs imponat, remora, vitandæ am-
iguitatis gratia, voce iſta ſtatum con-
roverſiæ hoc modo formamus: an gen-
iles oriundi ſint ex ſtirpe & proſapiâ Ada-
ni ejuſque poſterorum? Nos affirma-
nus, A. negat, non ſaltem hoc cap. ve-
um etiam c.IX. & tandem librum ſecun-
lum his verbis concludit: *Gentiles ergo
ſtatuamus genere & ſtirpe diverſos à ge-
iere & ſtirpe Judæorum. Quod proban-
lum mihi incumbuerat.* Videamus ergò
ordine, quæ illius fundamenta ſint, qui-
ous hanc aſſertionem ſuperſtruit. Pri-
mum argumentum deſumit ab electione
Judæorum, ſive ut juxta mentem illius
clarius loquamur, Adamitarum, ita e-
nim lib. II. cap. I ait: *Gentiles non ori-
undos eſſe ex ſtirpe & proſapiâ Judæo-
rum, imò genere diverſos, dignoſcere e-*

 *rit*

*rit ex illis, quæ de Electione Iudæo*
*rum & Gentilium dicemus.* Hîc igi
tur ante omnia tempus investigandum
est, quo Judæi electi à Deo, & è reliqua
rum Gentium, divino consilio præterita
rum, cœtu exemti fuerint. A. sicut unu
omnium tàm nostræ quàm omnis retr
memoriæ Scriptorum non dubitavit as
serere, Judæos esse omnes ab Adamo de
rivatos: ita huic hypothesi convenient
statuit, *Electionem Iudæorum incepiss*
*ab Adamo primo Iudæorum patre*. l. 1
c. 1. Verùm cùm suppositio illa supra
falsitatis à nobis convicta sit, etiam asser
tionem, fundamento illo subnixam, sua
sponte concidere necessum est. Præterea
vanam atque temerariam opinionem il-
lam, ac merum A. εὕρημα esse, vel inde
manifestò patet, quòd Scripturæ suffra-
gium ei desit, & loca omnia, ab ipso ad
istam sententiam statuminandam allata,
de solo populo Israëlitico loquantur, quæ
tàm liberalem extensionem ad ipsum us
que Adamum neutiquam admittunt. Sic
in locis p. 48. productis, Exod. IV. 22.
*Primogenitus meus Israel*, & Jerem. 11.
3. Israel, ceu caput & princeps populi I-
sraelitici, pro gente ipsâ sumitur, qui vo-
cis usus in scripturis alias haud infre-
quens est. Deut. x. 15. quem p. 46. 47.
54. alibique sæpiùs adfert, expressè di-
citur,

tur, quòd Deus in Patres populi Iſraëli-
ci propenſus fuerit, & *ſemen eorum poſt*
*os elegerit*, & per ἐξήγησιν immediatè ad-
itur; ſcil. *vos ex omnibus populis ſecun-*
*dum diem hunc.* Vide ibi paraphraſten
Chald: Aben Eſram & Salom. Jarchium
n Comm. Patres autem illi non ſunt
omnes retro uſque ad Adamum, ceu
vult A. ſed Abraham, Iſaac & Iacob, ut
ex aliis ſimilibuſque locis videre eſt v. g.
Exod. IV. 5. *ut credant, quod viſus tibi*
*eſt Dominus Deus patrum eorum, Deus*
*Abraham, Deus Iſaac, & Deus Ia-*
*cob.* Deut. IX. 5. *non propter juſtitiam*
*tuam venis ad poſſidendum terram eorum,*
*ſed ut confirmet Deus verbum, quod ju-*
*ravit Patribus tuis Abraham, Iſaac,*
*& Iacob.* In eundem ſenſum differit A.
ipſe l. II. c. III. *Dicta fuit terra Ca-*
*naan terra promiſsionis, quia peculiari*
*pacto Deus illam patribus Iudæorum pro-*
*miſerat, nempe Abrahamo, Iſaac, & Ia-*
*cob*, quod locis è Geneſi & Davide petitis,
ibidem confirmat. Plura loca ex Levit.
XX. 24. 26. Deuter. IX. 26. 29. XXVI.
17. ſeqq. XXVII. 9. de populo Iſraëliti-
co non adferemus, quia hæc omnia pla-
na & intellectu clara ſunt. Hoc ſal-
tem adhuc monemus; etſi initium ele-
ctionis Iudæorum ab eo tempore arceſ-
ſendum videri queat, quo Abrahamus

 juſſu

juſſu Dei ex Ur Chaldæorum ſolvit, & derelictâ patriâ in terram peregrinam proficiſci juſſus eſt; multò pluribus & clarioribus Viris ea ſententia probata eſt, populi Judaici electionem & actualem ſegregationem factam eſſe, poſtquam Deus eum manu forti, & brachio extenſo, & terrore magno, & ſignis, & portentis, ex Ægypto eduxiſſet, & ad ſingularium beneficiorum participationem evocaſſet. Tunc demum factus eſt סגלת מכל העמים Exod. xix. 5. *peculium dilectum præ cunctis populis*, ſeu λαὸς περιούσιος ἀπὸ πάντων τῶν ἐθνῶν; huic ſe poſtea Deus revelavit, nomenque ſuum & ſanctuarium ſtabilivit, inde dicere potuit David Pſal. cxxxv. 4. *Jacob elegit ſibi Jah, Iſraelin peculium ſuum.* Adde Deut. iv. 20, 34. 37. vii. & ſeqq. ix. 26. 29. xiv. 2. xxvi. 17. Quæ jam eſt conſequentia: Iſraëlitæ ſive Judæi à Deo ſunt electi. E. gentiles non ſunt ex ſtirpe & proſapiâ Adami; eam quidem certè nemo niſi ſtolidus admiſerit, aut verò probaverit.

III. Secundum argumentum: *Gentiles origine & genere diverſos à Judæis inducere erit, tùm ex illorum adoptione, tum ex eorundem in Judæis inſitione. Adoptio enim extranearum familiarum eſt. Arborum autem diverſi generis hæc in illâ inſeritur.* l. ii. c. vi. Argumenta in formâ

ırmâ ſunt hæc : Qui in Judæos adoptantur, ſunt origine & genere diverſi à Judæis: Major probatur, quia adoptio eſt familiarum extranearum. Jam verò gentiles adoptantur in Judæos. E: Item: Qui in Judæis inſeruntur, illi ſunt origine & genere diverſi à Judæis. Ratio hæc eſt, quia arborum diverſi generis hæc n illâ inſeritur. Atqui gentiles Judæis nſeruntur. E. Reſp. Ut de præmiſſis horum Syllogiſmorum nihil dicamus, id duntaxat monemus, concluſionem utriuſque argumenti nobis non contradicere, quæ hoc tantum evincit, *Gentiles eſſe extra cognationem ; extra nationem, extra gentem Judaicam, ſive extra tribus Judaicas*, quæ A. verba ſunt l. 1 1. c. v. id quod ultrò largimur. Neque obſtat nobis S. Paulus, qui Epheſ. 1 1. 1 2. aſſerit, quòd *gentes* ante ſuam converſionem fuerint *alienatæ à Republicâ* (non familiâ, ut vult A. eam enim ſignificationem vox illa in N. T. non habet) *Iſraëlis*, *hoſpites teſtamentorum*; hoc quidem concedimus, ſed negamus conſequentiam: gentiles alienati fuerunt ab externâ & civili Republicâ Iſraëlis, ſive populi Iſraëlitici, fuerunt alieni à jure civium Iſrael, & extranei à pactis teſtamentorum. E. non ſunt ex ſtirpe & proſapiâ Adami. Tertium argumentum: *Ut quæcunque hic congeſſi de Ju-*

*Iudæis & de Gentilibus, synopsi comprehendam: nec non ut exhibeantur Gentiles genere & natura diversi à Iudæis: inducamus in animum nostrum, Gentiles undequaque & ex adverso Iudæis oppositos. Iudæos Electione & formatione suâ Deorum loco positos: Gentiles creatione sua homines simpliciter æstimatos: Iudæos filios Dei; Gentiles, filios hominum. Iudæos sanctos; Gentiles iniquos & impios. Iudæos justos; Gentiles peccatores. Iudæos sapientes & intelligentes; Gentiles, stultos & insipientes. Iudæos magnos & excelsos; Gentiles parvulos. Iudæos, filios dilectionis; Gentiles filios iræ. Iudæos, amicos; Gentiles, inimicos. Iudæos mundos habitos; Gentiles, immundos, & bestias immundas & infamatos*, l. 11. c. 1x. Antecedens latè probare conatur A. l. 11. per aliquot capita. Resp. Primò negamus simpliciter consequentiam: Gentiles sunt homines simpliciter, filii hominum, impii, peccatores, insipiẽtes, parvuli, filii iræ, inimici, immundi & bestiis comparati. E. non sunt ex stirpe & prosapiâ Adami. Eã nec probavit A. nec probare potest, putamus autem tam absurdam esse, ut ejus A. pudere deberet. Deinde antecedens legitimè non probat, quod fusè ostendi poterat si tanti esset, omnibus examinandis immorari planè non est operæ pretium, itaque aliqua

ia saltem ex eo promemus. Verbi gra-
ı l.II.c.IX.ex Eph.II.3.probat, genti-
s esse naturâ filios iræ; atqui expressè A-
ɔstolus dicit, *nos omnes eramus filii iræ*;
ɔque innuit, non solos Gentiles, verùm
:iam Iudæos ab ortu & nativitate suâ la-
e peccati originalis, & corruptione hæ-
:editariâ infectos, adeoque ira Dei dignos
sse. Ibidem tribus locis confirmare co-
atur, Gentiles passim apud scriptores sa-
ros bestiis esse comparatos; sed ineptè
& inscienter. Nam in Ps. XXII, quem pri-
mùm A. citat; David non *queritur de*
*Gentilibus, qui Israelem impetiverant*,
ut falsò existimat, sed totus ille Psalmus
de Servatore nostro, ejusque personâ, of-
ficio, passione & gloriâ capiendus est; at-
que hinc Christus in cruce pendens, non
tantùm primas ejus voces passioni suæ
aptavit, apud Matth. c. XXVII. 46. &
Marc. c. XV. 34. verùm etiam Iohannes
c. XIX, 24, ac Paulus Ebr. II. 12. alios
versus ad eundem illum referunt, Israeli
certè non nisi violenter, quæ Psalmo illo
prædicantur, attribui possunt & aptari.
Quando igitur v. 13. seq. dicitur: *circum-*
*dederunt me vituli multi, tauri pingues*
*obsederunt me, aperuerunt super me os su-*
*um, sicut leo rapiens & rugiens*, intelli-
guntur Iudæi, hostes Christi, qui veluti
robusti & ferocientes juvenci, eum in
 an-

angustiâ ipsius circumdederunt, & tanquam rugientes ac formidabiles leones os suum aperuerunt, &c. Porrò nec in Psalm. LVII. 5. gentiles intelliguntur, sed Judæi, eorumque Rex Saul, dixit enim David hunc Psalmum, quando ex aulâ Saulis expulsus, præ ejus metu in vasto speluncæ recessu delitescebat, ut ex titulo patet. Saul itaque & Judæi intelliguntur, qui instar immanium leonum Davidem veluti deglutire volebant. An Psal. LXXIV. 19. חַיַּת bestiam significet, adhuc ambiguum & controversum est; certum autem, quòd A. Barbaram Latini interpretis versionem secutus, versum illum non rectè cœperit, qui hoc modo transferendus est: *ne tradas congregationi inimicorum* (aut *feræ*, nam vox Ebr. utrumque significat) *animam turturis tuæ*: ubi Ecclesia Judaica bestiæ expresse comparatur. Ita in c. VI. profert Ps. XIV. 1. & LIII. 2. *quæ* juxta ipsum *de gentili atheo intelligenda sunt*; hîc nulla planè ratio apparet, cur verba illa, *dixit insipiens in corde suo, non est Deus*, utpote generalia & absolutè posita, ad solos gentiles restringat. Nam cùm Judæi non minùs Dei contemptores esse queant, & perversa de Deo sentire, quo jure vox illa *insipientis* ad solos gentiles restringi poterit; insipiens ergò ille omnis est, qui pravâ opini-

pinione de Deo ejusque providentiâ est
nbutus, sive Judæus sit, sive Gentilis:
dde quòd Paulus Rom. III. (non II.
t vult A.) v. 6. hujus Psalmi auctoritate
onfirmat, omnes omninò tam Judæos
uàm Gentiles peccasse, nec ullum ab il-
o peccati reatu immunem esse. A. qui-
em, ut hoc in speciem eludat, ait, *D. A-
oftolum capite illo accepisse Judæos, non
uatenus Electi erant, sed quatenus sim-
liciter homines.* Verum hanc limitatio-
em verba Apostoli universalia & abso-
utè posita respuunt, quibus ille Judæos
omnes ex æquo in peccatorum numero
censet, & omni tempore peccatorum re-
os fuisse affirmat. Adde v. 19. Eodem pa-
cto, quando facer vates Psalm. I.I. XCII.
7. de stultis & impiis in genere locutus,
ab A. c. VI. & VII. constringitur, ac de
solis gentilibus exponitur, quis non pri-
mo statim obtutu animadvertit, inter-
pretationem eam contortam ac violentam
esse. Idem judicium ferri debet de reli
quis. Tertiò si consequentia A. bona est,
ne quidem Judæi ex stirpe & prosapiâ A-
dami erunt oriundi: videmus enim in
Scripturis Sacris Judæos dici Homines
simpliciter Ezech. XXXIV. 31. ubi Deus
Judæos ita compellat: *vos homines* (non
homines mei, ut A. habet p. 77.) *estis*:
ex quo loco in Codice Talmudico בבא
 מציעא

מציעא cap. IX. fol. 114: & apu
R. Davidem Kimchium in comment
ad h. l. infertur, Gentiles homines non e
se. Es. VI. 12. *& elongabit Deus hominen*
*& multiplicabitur derelictio in interio*
*terræ*; ubi homines non sunt *Gentiles*
*quos Deus ex terrâ Iudæorum expellere*
ut perperam existimat A. p. 78. sed ip
Iudæi, quos Deus justo judicio è terr
suâ longê amovere constituerat; quem
admodum ex antecedentibus liquet, &
D. Kimchio, in comment. ad h. l. cuju
hæc sunt verba: מה שאמר את האדם
אינו אומר על המין כולו אלא על
ישראל וכן ונפלה נבלת אדם
*Quando dixit, hominem, non loquitur de*
*totâ specie, sed Israel, eodem sensu dicitur*
(Jer. IX. 22.) *& cadet cadaver hominis*,
*tanquam stercus in superficie agri.* Adde
Salom. Iarchium & Aben Esram, qui locum hunc itidem de Iudæis accipiunt.
Filios hominum ps. LXVI. 5. & alibi quàm sæpissimè. Sunt peccatores multisque delictis obsessi Es. XXIV. 15. Ier. IX. 26.
Stulti & insipientes Deut. XXXII. 6. Es. VI. 10. XXIX. 13. 14. XLIV. 18. Ier. VIII. 5. seqq. Soph. III. 4. Mat. XV. 14. I. Tim. I. 4. 6. Tit. I, 10. seqq. Inimici Dei Deut. X. 16. Es. I, 2, seqq. Ier. XI. 10. Ezech. XX. 10. Act. VII. 51. sunt filii iræ, & immundis bestiis comparantur, ut paulò antè ostendimus.

IV. Quar-

IV. Quartum argumentum : *Prædi-*
*itur Deus* Deut.xxvi. 19.*fecisse Iudæos*
*ecelsiores omnibus gentibus quas creave-*
*it, Creaverat nempe Deus Gentiles pri-*
*io, & primæ creationis homines;Forma-*
*it deinceps Iudæos,promissionis & secun-*
*'æ creationis homines*,l. 11.c.x.Resp. Dari
Gentiles Præ-Adamitas ex his verbis ne
per fidiculas quidem extorqueri potest :
præterquam enim quòd contra textum
originarium עשה per creaverat reddi-
tur, in toto illo cap. nec vola nec vestigi-
um Præ-Adamitarum occurrit, quod in-
tegrum contextum legenti manifestum
evadet. Ellipsis illa aut interpretatio,
quam de suo sufficit A. citra ullam neces-
sitatem fingitur, quod magnam temeri-
tatem sapit. Quintum argumentum:
*Primæ creationis homines (qui ex meâ*
*hypothesi Gentiles sunt) creati fuere ver-*
*bo. Notavit illud expressim cap. primum*
*Geneseos quod primæ creationis caput est:*
*& dixit Deus,faciamus hominem ad ima-*
*ginē nostri:dixit,faciamus. Et verbo fecit.*
*At non verbo,sed manu,& lutum manibus*
*subigendo,effinxit Deus Adamū.* Gen. 11.
l.11.c.x R. Majorem concedimus, si per
verbum intelligatur non vox sensibilis
aut locutio corporea,sed decretum,bene-
placitū & voluntas divina: certū enim est,
homines verbo, i.e. solo nutu & voluntate
Dei

Dei sine ullo alio adminiculo creatos f
isse. *Ipse dixit, & factum est; ipse præ*
*cepit, & stetit* Psalm.XXXIII.9. Eode
pacto dicere illud, quod in elaboranda t
tius hujus universi compage toties apu
Mosèn Gen.I.Deo attribuitur, exponen
dum est, de quo pluribus Maimonides i
מורה נבוכים Part.I.cap.LXV. Nun
verò negamus Minorem, nempe, Ada
mum verbo, nutu & voluntate divin
creatum non esse; quamvis enim illu
Gen.II.v.7. expressè scriptum non sit
quis tamen adeò stolidus erit, ut inde in
ferat & censeat, ipsum decreto, dicto &
beneplacito numinis formatum non fu
isse? Certè Adamum illum ipsum ma
rem esse, quem Deus Gen.I.27. solo ver
bo suo creavisse legitur, supra ex Marc.X
6. probavimus, & infra in examine l. III.
ostendemus. Creationem autem Adami,
cap. II. Gen. memoratam, distinctam es-
se à creatione maris & fœminæ Gen. I.27.
recensita, insulsis A. commentis accense-
ri meretur, de quo agendi, ejusque fig-
menti vanitatem ostendendi infra locus
dabitur. Denique *Deum*, ens illud sim-
plicissimum, *formavisse Adamum manu*
*verè & propriè*, sive, *formatum fuisse A-*
*damum ipsissimis Dei manibus* ut A. lo-
quitur l.v. c. II. id usque adeò futile & ri-
diculum est, ut contemptum magis & ir-
risio-

ionem, quàm seriam confutationem ereatur. Legantur Patres, Scholastici recentiores Theologi ac Philosophi, i hæresin illam jamdudum ex pomæriis clesiæ profligarunt, & in Tertulliano que Anthropomorphitis condemnâ-nt. Nos unico hoc argumento nunc ntenti erimus: Nullus spiritus manus iaque membra corporea propriè ha-t; ratio hæc est, quia spiritus essentia & tio formalis in eo consistit, quòd sit ibstantia immaterialis, sive à materiâ & rmâ, ceu partibus, realiter separata; *piritus carnem & ossa non habet, dicit* hristus Luc. XXI v. 39. Jam Deus est Spi-itus Joh. IV. 24. Ergò Deus manus alia-que membra corporea propriè non habet. *Quòd* igitur *manibus corporalibus Deus de limo finxerit hominem, nimium puerilis cogitatio est, ita ut si hoc Scriptura dixisset, magis eum, qui scripsit, translato verbo usum credere deberemus, quàm Deum talibus membrorũ lineamentis determinatum, qualia videmus in corporibus nostris. Pro potestate & virtute Dei positum hujus membri nomen, quis usque adeo desipit, ut non intelligat*, quod S. Augustini pronunciatum est L. VI. de Gen. ad literam c. XII.

V. Sextum argumentum: *Esaiæ* 43. *increpitans Deus Israëlem propter peccatum*

*tum suum, hæc illi objiciebat: pater tu primus peccavit. Quæ de patre Iuda rum, neque vero Gentilium intellexit Pr pheta. Alloquebatur enim Israëlem ta tum. Proinde verò Pater tuus, ô Israel, xit: non pater idem & promiscue Genti um. Pater autem primus ille Iudæorun non dubio Adamus est*, l.11.c.x1. Resp. D patre illo primo non eadem Ebræoru magistris & Christianis mens est. R. S. Jarchi intelligit Abraham, quem pecca visse ait, dum Gen.xv.5. dixit: מה ארע *quo cognoscā, quòd hæreditaturus sim ter ram?* Aben Esra ita explicat: וא ירבעם שבחר ישראל למלך לא על פי השם *Pater ille est Ieroboam, quem elegerunt Is raëlitæ in Regem, sed non juxta os Domini* Alii eodem citante contendunt, שאביך הם המלמדים *patrem esse doctores sive præceptores* R. David Kimchi: הוא אדם הראשון *pater ille est Adamus primus*; paucis tamen interjectis refert ad Saulem כי הוא מלך ראשונה על כל ישראל *quia is primus regnavit super universum Israel.* B. noster Lutherus: deine Voreltern. Uti videmus, interpretes certant, & adhuc sub judice lis est, quis ille primus pater sit. Posito autem, Adamum esse illum primum Judæorum patrem, verba tamen illa cum exclusione Gentilium non sunt acccipienda; neque enim in textu dicitur.

Ada-

damum ſolorum Judæorum parentem e, ſed, eſſe patrem Judæorum; ex quo men ſolidè non evincitur, eum non eſſe entilium patrem. Neque verò quicquam contrarium facit A. probatio: *alloquetur enim Iſraëlem tantum*; alioquin eâ em ratione poſſemus colligere; *Iſraëlitæ Deo ſunt creati* v. 1. iidem *ſervire fecent Deum propter peccata ſua, & labora. fecerunt eum propter iniquitates ſuas* v. 4. *Iſraelitarum prævaricationes Deus de. t* v. 25. Ergò illorum, non & promiſcuè entilium creator eſt. Ergò illi tantùm, on & Gentiles ſervire fecerunt Deum ropter peccata ſua &c. Conſequentia robatur, quia Deus alloquitur Iſraëlitas ntùm. Concluſio eſt abſurda, antecedens otidem verbis extat in textu, hoc autem obis argumento eſt, conſequentiam viioſam eſſe. Nempe à categoricâ ad excluſivam, ſive à poſitione unius ad negationem ſive excluſionem alterius non valet conſequentia. Septimum argumentum: *Alienigenæ dicti ſunt Gentiles, quibus genus non eſt ab Adamo & Deo*, l. 11. c. 11. Reſp. Unde A. inſolitam hanc aſſertionem hauſerit, & à quo edoctus fuerit, ipſe viderit; longè enim aliter Scriptura Sacra, eamque ſecuti interpretes alienigenam, qui Ebraicè נכר ſive נכרי dicitur, deſcribunt. Nam 1.

Reg.

Reg. VIII. 41. נכרי alienigena dicitu
*qui non eſt de populo Iſraël*; & Deut. xv
15. *qui non eſt frater Iſraëlis*; hinc Iſm
ëlitæ, Edomitæ, Ammonitæ & Moab
reſpectu Iſmaëlitarum ſunt alienigen
quibus tamen per Abrahamum & Lot
nus eſt ab Adam Jud. XIX. 12. urbs ני
dicitur, *quæ non eſt de filiis Iſraël*; int
ligitur autem urbs Jebuſitarum, qui ex
bus, Canaanis tertio filio Gen. x. 10. orit
di, genus ſuum per Noachum referu
ad Adamum. Rectè igitur ſapiens Ab
Eſra in com. ad Ex. XXI. v. 8. ſcrib. עם
שאינו ישראל יקרא נכר *Omn*
*populus, qui non eſt de Iſrael, vocat*
נכר Paucis interjectis de filiis Abrahar
& Iſaac locutus addit: רים יחשבו
ני הפילגשים ובני עשו עמהם
*filii concubinarum* (ex Abrahamo pr
gnati, de quibus Geneſ. xxv. 2. ſeqq
*& una cum iis poſteri Eſavi habentu*
*pro alienigenis.* Plura non addemus
cùm vel ex hiſce ſic ſatis liqueat, A
non tàm argumentum, quàm cereb
ſui figmentum attuliſſe. Octavum ar
gumentum: *Deus Judæos & Genti*
*les ſpecie ipſa differre voluit. Elegi*
*nos hæreditatem ſuam, ſpeciem Jacob*
*quam dilexit Pſalmo 47. Diſtincta cert*
*eſt apud Philoſophos hominum ſpecies,*
*brutorum ſpecie. Diſcreta verò eſt apu*
*ſcri*

*ptores sacros Judæorum species à spe-*
*Gentilium: quos passim confusos legas*
*i brutis animantibus & bestias æstima-*
*-Gentilium speciem gregatim creatam*
*nas cum animantibus uno eodemque*
*ationis die: nimirum ut non distingue-*
*creationis dies, quos natura creationis*
*distinguebat*, ibidem. Resp. Hæc verò
ssa ignorantia & stupor est: nam differ-
pecie, est differre essentialiter, sive di-
sas habere essentias, quo modo diffe-
it non saltem ipsæ species diversæ, ut
mo & brutum: verùm etiam specierum
ferentium individua, ut Petrus & Bu-
phalus. Hinc argumentamur: Quæ-
nque non differunt essentialiter, nec di-
rsas habent essentias, illa non differunt
ecie. Atqui Judæi & gentiles non dif-
runt essentialiter, nec diversas habent
sentias. Ergò non differunt specie. Præ-
rea; Qui sunt homines & filii hominum,
on differunt specie à Judæis, itidem ho-
inibus. Atqui Gentiles sunt homines,
filii hominum, ut A. docet l. II. c. VI.
rgò non differunt specie à Judæis, itidem
ominibus. Sed nec locus ille, quem in
unc finem A. citat, ullo modo huc facit,
cùm in Ebraico textu plane aliud habea-
ur, nempe: *eliget* sive elegit *nobis hære-*
*ditatem nostram, gloriam Jacob, quem di-*
*lexit.* Quicquid jam gloriâ illâ significe-
tur,

tur, (de quo nunc nihil disputare atti
luce tamen Meridianâ clarius patet,
hoc textu pro specificâ Judæorum
Gentilium differentia nihil concl
posse. Quòd si Gentiles bestiis qu
doque in Sacrâ Scripturâ comparanti
ut A. vult & nemo negat, per Metap
ram loca illa explicanda sunt; aut si l
nolit, Judæos etiam bruta propriè di
appelliter, nam & hi bestiis passim ap
auctores sacros comparantur, ut su
probatum est. Cur denique homo &
nimantia terrestria eodem die creata
erint, ecquis mortalium, nisi ex peculi
revelatione divinâ, explicare possit? T
mere id factum fuisse, nemo facile as
ret, qui ex sacris litteris norit, omn
summâ sapientiâ, ratione, & consilio
Deo peragi; quare tamen animalia pra
cise sexto die una cum hominibus prod
cta fuerint, ejus rei veram rationem à no
bis neque iniri, nec solidi quicquam, pra
ter liberrimum beneplacitum divinum
afferri posse existimamus.

VI. Nonum argumentum; *Iudæi s
orsim à rebus omnibus creatis, secundæ cre
ationis figmenta fuere in Adamo. Genti-
les-terræ ejusdem progénies, quæ cætera
germinaverat animantes. Itaque gente
conclamabat Propheta Rex his verbis Ps.*
49. *audite hæc omnes gentes--quiq; terri-
ge.*

*e & filii hominum &c. Gentiles autem
ifesto alloquebatur: quos & Terrigenas
vit; ad differentiam Iudæorum, qui
Terrigenæ vel terra geniti, ut Gentiles,
incipio rerum creati; sed terra formati
re in Adamo*, l. 11. c. xi. Resp. Hoc sal-
concludit ex versione vulgata, quæ
nunquam δἰς διὰ πασῶν à veritate E-
icâ diffidet, ad quam cùm alibi, tum
ò hic vel maximè, tanquam ad authen-
am regulam, recurrendum est. Genui-
s autem & proprius literæ Ebraicæ sen-
hic est: *audite hoc omnes populi: auscul-
te omnes habitatores orbis, etiam filii
minis, etiam filii viri; dives pariter &
uper.* Ebraicæ; בני גם אדם בני גם
יש. Ubi בני אדם ex genio ling. s. &
nsensu etiam doctissimorum Rabbino-
m, sunt homines obscuri, ignobiles, vul-
res, viles, Aben Esra in comm. שאין
להם מעל *quibus nulla est excellentia*;
de Ioseph. Iachiad. ad Dan. x. 16. & Lex-
con Pagn. sub radice אדם. At בני איש
int viri dignitate aliquâ insignes, ma-
nates, εὐγενεῖς; unde Kimchi ad Psalm.
v. 3. exponit per גדלים magnates.
Eodem sensu intelligendus est David
Psalm. LXII. v. 10. *Vanitas sunt filii ho-
minis, Mendacium sunt filii viri*, id
est, ignobiles & nobiles sive magna-
tes mera sunt vanitas. Atque hanc
ex-

expositionem immediatè etiam sequ tia verba exposcunt, ubi pauperes d tibus opponuntur, sicut in praecedenti nobiles plebeiis. Merum itaque A. mnium est, gentiles hic vocari terri nas ad differentiam Judaeorum; fals itidem, Davidem solos gentiles al qui, cum omnes omninò populos, mnes orbis habitabilis incolas, obscur pariter & clarâ stirpe natos, divites & pa peres compellet; quâ locutione cum n hil universalius esse queat, non pot ea, nisi violenter, ad solos gentiles r stringi. Decimum argumentum: *Pl res datæ fuerunt gentes non tantum J dæis ignoratæ: sed & illorum patrib incognitæ. Patribus inquam, numerat ab Adamo. Quo respiciens Deus hæc in terminabatur Judæis Deuteronomii 28 Ducet te Dominus & Regem tuum i gentem, quam ignoras tu & Patres tu. Patres indeterminatè dixit. Quo nom ne Adamus ipse venit -- Neque ignora tæ fuissent Judæis eorumque patribu gentes illæ; si ab illis vel eorum patribu progenitæ fuissent. Gentes vero illæ fuer verisimiliter Americanæ, Australes, Groenlandicæ*, l. 11. c. 11. Resp. Primo falsum est אבות notare omnes Judæorum antecessores, ad ipsum usque primum generis humani parentem Adamum. Videantur

ntur loca num. II. allata, & addantur
uentia Deut. VIII. I. Jof. XXII. 28.
l. XLIV, 2. LXXVIII. 12. CVI. 7. atque
quàm plurima, in quibus voce eâ, in-
erminatè & indefinitè pofitâ, patres &
jores non admodum remoti fignifican-
Deinde major illa, Quas gentes non
verunt Judæi, illæ ab Adamo non de-
ndunt, nimis diluta eft, quàm ut in
ntroverfiâ tàm feriâ ufurpetur, quod
fequentibus manifeftum eft. Deut.
II. 2. *Si non propinquus fuerit tibi*
*ter tuus, neque noveris eum.* Ex quo
co fatis conftat, fieri poffe, ut Ifraëlita-
m unus alterum non noverit. I Sam.
xv. 10. Nabal fervis David dicit: *quis eft*
*avid, & quis eft filius Ifai? an capiam*
*nem meum, & dabo viris, quos non no-*
*unde fint?* I Sam. XXII. 44. & Pfalm.
VIII. 44. *Populus, quem non novi, fer-*
*it mihi*: ubi intelliguntur Syri, Edomi-
e, Ammonitæ, aliique Palæftini, à Da-
ide bello fuperati. Adde Ruth. II. II.
bi Boas Moabitidem ita alloquitur: *tu*
*errexifti ad populum* (Ifraëliticum)*quem*
*on novifti ab heri & nudius tertius.* Li-
uet hinc majorem propofitionem A.
alfiffimam effe; gentes autem, quas Ju-
æi non noverant, erant populi plane pe-
egrini, extranei, barbari, quorum idio-
na ignorabant, cum quibus nullum ipfis
com-

commercium intercedebat; quo sensu jam dicitur Jer. xv. 14: xvii. 4. *serv faciam te in terra, quam non nosti*, id e in terrâ non tuâ, in terrâ peregrinâ & Denique Gentes illæ, Iudæis incogni non sunt Americanæ, Australes, Groe landicæ, quæ A. valde inconsiderata & merâ suspicione pendens assertio est; s Chaldæi & Romani, quod optimus pr phetiarum interpres eventus doc Quicquid enim ditarum & maledicti num illo capite continetur, id omne ja dudum in obsidione Hierosolymorum captivitate Babylonicâ & excidio urbis templi secundo impletum est. Videatu Iosephus in libris septem de bello Iu daico.

VII. Undecimum argumentum : *A que ut vero verissimo vincam, Gentile genere & prima sui origine diversos à Iu dæis; attende cogitate ad illa--Genese 17. circumcidetur vernaculus & emptitius & quodcunque non fuerit de stirpe vestrâ Id est, quodcunque non fuerit de genere A damico. Emptitii ergo illi non erant de ge nere Adami, Alienigenæ erant : ab alio quàm Adamo oriundi*, l. 11, c. 11, Verùm & hæc argumentatio, ex corruptâ interpretis vulgati versione desumpta, admodum infirma est, ita enim in textu Ebræo legitur; *circumcidetur emptus argento, ab*

*omni*

*ni filio alienigenæ, qui non eſt de ſemine*
*), hoc eſt, דרא מבנך הוא ut Chal-
:us Onkelos tranſtulit, *qui non eſt de li-*
*ris tuis*, qui non eſt ex te prognatus,
ii ex te originem non ducit, qui non eſt
oſteris tuis, per Iſaac & Jacobum pro-
gandis. Hic eſt germanus verborum
orum ſenſus, qui ex voce ſeminis, pro
niliâ, liberis, poſteritate in Scripturâ
:berrimè uſurpata, ſponte ſuâ fluit.
ım autem tota argumenti hujus vis
verbo *ſtirpe* pendeat, illud autem de
riptura Ebraicæ textu non ſit, ut jam
tenſum eſt, ipſum etiam argumentum
nitùs ruat neceſſe eſt: Nempe emptiti
i erant quidem de genere Adami, ſed
n ex Abraham prognati: alienigenæ e-
nt, ab alio quàm Abrahamo oriundi. Re-
rit quidem A. *neve fruſtra hic conten-*
*s, per ſtirpem Abrahami, Abrahamum*
*ſum intelligendũ,---nec non ut tibi con-*
*t, & tute ipſe fateare, ſtirpem hoc loco*
*brahami ad Adamum patrem Abraha-*
*i ipſius revocandã: lege quæ ſcripta ſunt*
*fine capitis ejuſdem; & alienigenæ pari-*
*r circumciſi ſunt, i.e., qui originem ſuam*
*n ducebant ab Adamo, vel quod idem eſt,*
*ii non erant Adamitæ.* Sed hoc quoque
viſſimum eſt: nam alienigenæ ſunt qui-
:m Adamitæ, at non de ſemine Abrahæ
uſque poſteritate, ut ſupra nos abunde
E docui-

docuimus, cùm in hâc eâdem voce e
plananda versaremur. Duodecimum a
gumentum: *Gentiles, qui ex meâ hyp
thesi Aborigenes creati à principio in te
ris omnibus, filii hominum ubique se
semper vocati sunt propter hoc ipsum
quod stirpes & origines suas primas d
xerunt, non ab uno homine, sed ab inn
meris creationis primæ hominibus. Fili
verò hominis simpliciter dictus Judæi
est: quibus & filius Adam, & filius Isch
promiscuè vocatus est. Filius nempe A
dam patris primi Judæorum, & gent
Judaicæ auctoris unici.* l. 11. c. xi. E
dem pene inculcat paginâ immediatè se
quenti. Resp. Solutio hujus argumen
pendet ex solâ formulæ illius, *filius ho
minis*, Scripturæ admodum familiari,
rectâ explicatione, ex quâ etiam appare
bit, nihil in eâ esse, quod A. sententia
confirmandæ faciat. Primò enim nega
mus, gentiles filios hominum dici in te
xtu Ebræo, ex quo tamen solo valida ar
gumenta licet depromere: Ebraicè enim
dicuntur בני אדם *filii hominis* in singu
lari, non filii hominum; quod vel solum
clarissimè evincit, nec versionem, mult
minùs expositionem A. admittendam
esse. Ponamus autem Gentiles dici filios
hominum, nullo tamen vel verisimili in
dicio probatur, illos propter hoc ipsum
it

ta appellari, quod origines suas duxerunt ab innumeris creationis primæ hominibus, sed saltem sumitur; imo aliam hujus appellationis rationem reddidit A. l. II. c. VI. videlicet hanc: *dicti sunt Gentiles filii hominum, ratione oppositionis eadem, quâ Judæi filii Dei vocati sunt.* Deinde ita argumentamur: Qui vocantur filii hominum, illi stirpes & origines suas primas non ducunt ab uno homine, sed ab innumeris creationis primæ hominibus. Atque Judæi vocantur filii hominum. Ergo Judæi stirpes & origines suas primas ducunt non ab uno homine, sed ab innumeris creationis hominibus. Minor probatur ex his manifestis locis: Psal. LVIII. 2. *num rectè judicatis filii hominum. Increpat* autem *hoc loco Judæos Propheta Rex*, teste A. l. II. c. X. Psalm. LVII. 5. de Saule ejusque ministris dicit David: *jaceo in medio flammantium, filiorum hominum, dentes eorum lancea, &c.* Eodem pacto I Sam. XXVI. 19. *si Dominus incitavit te contra me, odoretur sacrificium: at si filii hominum, maledicti sunt coram Domino.* Alia loca in hanc rem passim obvia sunt. Conclusio est absurda, ergò major vel minor; non minor, quæ est Scripturæ, ergò major, quæ est A. quam proindè meritò explodimus. His accedit, quod pro certo satis compertum

est, אדם omnibus hominibus in ge
nere & promiscuè convenire, hinc A
ipse l. III. c. I. *Vocavit Genesis homine*
*illum masculum & fœminam, Adan*
*Nam si quando vel hominem indistinctè*
*vel genus ipsum hominum designare opu*
*habet Scriptura, proprio & innato Adam*
*nomine omnes ex æquo significare consuevi*
Illud etiam frivolum est בן איש sive, u
A. habet, *filium Isch* Judæum esse: nan
בני איש in genere sunt viri clari & in
signes, cum primis quando prope בני
אדם ponuntur: quod quia supra jan
probavimus, notasse saltem hic contenti
ad alia properamus. Quod enim A. por
rò vult, *filium hominis* בן אדם *simpli*
*citer dictum Judæum esse*, falsum est
nam Jobus, qui non Judæus erat, sec
*Gentilis creditur* teste A. l. v. c. IX. dicitu
*filius hominis* Job. XVI. 21. XXXV. 8. Plura
accumulare opus non est. Quærat autem
quispiam, quid ergo de formulâ illâ ha-
bendum & certo statuendum sit? Re-
spondemus, etsi *homo* & *filius hominis, ho-*
*mines & filii hominum* aliquali respectu
discrepare cuipiam videri queant, reve-
ra tamen eundum sensum referunt, ni-
hilque certius est, quàm quòd ex fre-
quentissimo Scripturarum usu & familia-
ri Ebraismo *filius hominis* pro homine, &
*filii hominum* pro hominibus simpliciter
ponan-

onantur:cui sententiæ & Ebræorum doctissimi,& linguarum Orientalium peritissimi Christiani adstipulantur, quæ longè erior est, quàm quæ contra receptam illam opinionem de formulâ istâ A. argumentatur. Vide 1 Reg. IIX. 39. II. Par, VI. o Psalm. XI. 4. VIII. 5. XII. 2. 9. II. Sam. II, 14. Job, XVI. 21. Eccles. IX. 12. Psalm. XXXIII. 13. *Dominus vidit omnes filios hominum*, quod v. 14. ita exponitur: *prospexit ad omnes habitatores terræ*. Psalm. XXXIII. 48. *vane creasti omnes filios hominum*, quod v. 49. exponitur per virum, *quis vir vivit & non videbit mortem*. Idem fit in Novo Testamento: sic Marc. III, 28. dicitur: *omnia peccata dimittentur filiis hominum*; apud Matthæum autem disertè legitur c. XII, 31. *omne peccatum dimittitur hominibus*, Ephes. 3. 5. *mysterium Christi non agnitum est filiis hominum*, Apoc. I. 13. *vidi similem filio hominis.* Etiam servator noster locis præter propter LXXXV, dicitur *filius hominis*, id est, homo. Neque aliter interpres Syrus Novi Testamenti, qui frequentissimè pro *homine* transfert, *filium hominis*. Matt. V. 16, *Sic luceat lux vestra coram hominibus*; Syrus; *sic luceat lux vestra coram filiis hominis*, Ro. V. 12. *sicut per unũ hominem peccatũ in mundũ intravit*, Syr. *sicut per unum filiũ hominis peccatum intravit*;

vers.19. *sicut per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi*; Syrus: *quemadmodum propter inobedientiam unius filii hominis &c.* quibus duobus posterioribus locis ipse etiam Adamus, à solo Deo immediatè productus, filius hominis vocatur. Ad eundem plane modum paraphrastæ Chaldæi hominem reddiderunt per נש aut בר נשא *filium hominis*. Inde etiam Eccles. x. 17. *filius nobilium* est nobilis, Joel. III. II. *filii Græcorum* sunt Græci.

IIX. Circa finem l. II. c. I. A. sibi objicit: *Vulgata opinio est, Gentiles oriundos esse ex hominibus illis Judæis, qui à Judæis in gentes abierant. Verbi gratiâ; ex filiis Cain, qui seipsum familia patris sui Adami abdicaverat; ex filiis Cham, cui Noë maledixerat: ex filiis Ismael nothi: nec non ex filiis Esau reprobi.* Hoc verò negat & confutandum sibi sumit, quo successu & jure, jam videamus. Dicit igitur: *omnibus notum esse debet, generis hujus Judæos nusquam in alienigenas & Gentiles, sed in Iudæos & in fratres Iudæorum reputatos.* Audax hæc nec ferenda pene est assertio, quâ præter omnem scripturæ sacræ auctoritatem, gentes illas antea memoratas in Judæos fuisse reputatas tàm confidenter affirmat, cujus tamen rei nullum uspiam vestigium reperitur.

Imò

nò contra certissimum est, populos il-
s, qui ex filiis Cham genus & originem
axerunt; Syros, Assyrios, Persas, Lydos,
iosque è Semi-lumbis progenitos; I-
naëlitas & Midianitas, qui ex duobus
brahami filiis Ismaële & Midian, sunt
ropagati; Moabitas & Ammonitas, qui
othum parentem agnoscunt; Amaleci-
is, qui per Esavum ex Isaaco descen-
unt, Ebræos aut Judæos in sacro Codi-
e nusquam vocari. Inde Deus Gen. xxi.
2. ad Abrahamum ait: *in Isaac vocabi-
ur tibi semen*, ubi Ismael excluditur. Sic
Psal. cv. 6. *mementote mirabilium domini*,
*semen Abrahæ, servi ejus*; quinam verò
per semen Abrahæ intelligendi sint, cla-
è docet, quod mox subjicitur: *filii Iacob,
lecti ejus*, ita ut rursus Ismaëlitæ & Idu-
mæi excludantur. Soli ab Ebere rectâ
serie usque ad Jacobi posteros orti, lin-
guâque Ebraicâ usi, Ebræi, soli Israelitæ,
Judæi vocantur. Sed rationes A. com-
memorabimus, & breviter diluemus. Pri-
mò ait: *cujus rei locuples testis Moses est
Deuteronomii capite 23. Non abomina-
beris Idumæum, quia frater tuus est. Fra-
tres Iudæorum credidit Idumæos Moses
idem: quando misit nuntios ad Regem E-
dom, qui dicerent, hæc mandat frater tu-
us Israel, Numer. cap.* 20. Resp. Edomæos
Israëlitarum fratres dici lubentes volen-
 tesque

tesque concedimus, nec tamen inde con-sequitur, eos esse Judæos originarios; me-minisse enim debuerat A. nec novum nec insolens hoc Scripturæ esse, fratrum nomine etiam propinquos & arctâ neces-situdine junctos appellare, quomodo Gen. XIV. 14. Loth dicitur frater Abra-hami, qui tamen v. 12. dicitur fuisse fi-lius fratris Abrahami. Eodem pacto I-dumæi & Israëlitæ sunt & vocantur fra-tres, voce eâ non strictè sed latè acce-ptâ, erant enim illi duo populi fratribus germanis prognati. Non esse autem I-dumæos originarios Judæos illud etiam magno argumento est, quod Deuteron. XVII. 15. fratris nomini soli Judæi ex mente Rabbinorum intelligantur, & I-dumæi excludantur. Verba Mosis hæc sunt: *è medio fratrum tuorum pones su-per te regem, non poteris ponere super te virum alienigenam, qui non est frater tu-us*: de quo ita sentit Aben Esra in comm. מדרך האמת לא אחיך שאיננו ממשפחת ישראל ולא אדומי אף על פי שכתוב בו אחיך *secundū veri-tatem frater tuus non est, qui non est de fa-miliâ Israel; ne quidem Edomita, quamvis de eo scriptum sit, quod sit frater tuus.* Arctiùs hoc restringit Cabbalista Baal Tu-rim, ad locum citatum notans: מקרב אחיך בגימט׳ משבט יהודה qui

qui-

idem hoc sibi vult, voces מקרב אחיך
*iedio fratrum tuorum*, per Gematriam
e numerorum æqualitatem idem sona-
atque משבט יהודה *è tribu Juda*.
ate hos Talmudistæ in codice בבא
בתרא c. 1. f. 3. locum hunc ita inter-
etati sunt, ut Regem Herodem Idu-
æum manifestè inde excluserint, tan-
iam alienigenam & non è medio Isra-
itarum; unde etiam ab Antigono di-
us est ἰδουμαῖος τουτέστιν ἡμιουδαῖος *Idu-
æus, hoc est, semi Judæus*, apud Jose-
ium l. XIV. Antiq. Jud. c. XXVII. Quò
ertinet, quòd Idumæi à Johanne Hyr-
ano bello subacti, in ritus Judaicos tran-
erint, & ex eo tempore Judæi habiti
nt. Iosephus l. XIII. c. XVII. ὑρκανὸς ἅ-
παντας τοὺς ἰδουμαίους ὑποχειρίους ποιησάμενος,
ἐπέτρεψεν αὐτοῖς μένειν ἐν τῇ χώρᾳ, εἰ περιτέμ-
νοιντό τε τὰ αἰδοῖα καὶ τοῖς ἰουδαίοις νόμοις χρῆσθαι
θέλοιεν, οἱ δὲ πόθῳ τῆς πατρίου γῆς καὶ τὴν περιτο-
μὴν καὶ τὴν ἄλλην τοῦ βίου δίαιταν ὑπέμειναν τὴν
αὐτὴν ἰουδαίοις ποιήσασθαι, κἀκείνοις αὐτοῖς χρόνος
ὑπῆρχεν ὥστε εἶναι τὸ λοιπὸν ἰουδαίους. *Hyrcanus
omnibus Idumæis subactis edixit, mansuros
in patria, si circũcidi & legibus Judaicis uti
vellent. Illi autem amore patriæ & circum-
cisionem & reliquam vivendi formam jux-
ta ritus Judaicos admiserunt: atq; eo tem-
pore ipsis contigit, ut deinde Judæi essent.*
Amm. lib. de similibus & differentibus vo-

Ἰδουμαῖοι καὶ Ἰουδαῖοι διαφέρουσιν, ὥς φησι Πτο-
λεμαῖος ἐν πρώτῳ περὶ Ἡρώδου τοῦ βασιλέως
Ἰουδαῖοι μὲν γάρ εἰσιν οἱ ἐξ ἀρχῆς φυσικοί. Ἰ
δουμαῖοι δὲ, τὸ μὲν ἀρχῆθεν οὐκ Ἰουδαῖοι, ἀλλ
Φοίνικες καὶ Σύροι κρατηθέντες δὲ ὑπ' αὐτῶν, κ
ἀναγκασθέντες περιτέμνεσθαι, καὶ συντελεῖν εἰς τ
ἔθνος, καὶ τὰ αὐτὰ νόμιμα ἡγεῖσθαι, ἐκλήθησα
Ἰουδαῖοι. *Idumæi & Iudæi, differunt, ce*
*Ptolomæus primo de Rege Herode dicit*
*Iudæi enim sunt, qui naturales sive tale*
*nati sunt. Idumæi autem ratione origini*
*non Iudæi, sed Phœnices & Syri sunt, su*
*perati autem ab ipsis, & coacti circumcid*
*atque in mores & ritus eosdem transire*
*Iudæi nominati sunt.* Quod si Idumæi
Iudæi facti & vocati sunt eo demum tem-
pore, quo ab Hyrcano debellati, Iudæo-
rum ceremoniis jungebantur, necessariò
hinc consequitur, eos antea Iudæos non
fuisse. Sed pergat A. *annumerantur & in-*
*ter fratres Iudæorum Ismaëlitæ, quâ ra-*
*tione semen Abrahæ dicuntur Gen. 21. ea-*
*dem argue de Ammonitis & de Moabitis,*
*quatenus sunt semen Lothi, eodem patre o-*
*riundi, quo Abrahamus natus erat; Thare*
*nimirum, patris Abrahami. Eadem repu-*
*ta de filiis Cain, & de filiis Cham, & reli-*
*quis, quibus secessus fuit à Iudæorum civi-*
*tate alienus.* Verùm quàm facile hoc est
dicere, tàm difficulter ab A. probari po-
test; nobis quidē certè A. non est testis ἀ-

ξιόπιστος,

*ϖιςῶς*, nec puris putis ejus verbis temerè
edimus. Nos isthæc omnia negamus, &
ıpudētibus commentis annumeramus,
once idoneos testes produxerit, & ex
criptura comprobaverit, Ismaëlitas semē
brahæ dici negare nolimus: Iudæos au-
m appellari solitos falsissimum est. Re-
è Aben Esra in comm. ad Exod. xxi. 2.
אנחנו לא מצאנו קורא אחיך ר
ארום לבדו שהיה בבטן אחר ע
יעק׳ *nos non invenimus quenquam vo-
atum fuisse fratrem Israel præterquam
olum Edom, qui in eodem utero fuit cum
acobo.* Paucis interjectis addit: וידוע
כי ארומי לא יקרא יהוד *constat
autem & notum est, Idumæum Iudæum
dici non solere.* Tandem A. ita concludit:
*dicti sunt fratres, Iudæi omnes: quia ejus-
dem generis Adamici, & patre uno Ada-
mo sati sunt omnes.* At enim sic voci illi e-
usmodi rationem & explicationem affin-
git, quæ à Stylo Scripturæ prorsus aliena
est; quamvis necesse non sit id multis o-
stendere, cùm rationis illius ab A. allatæ,
improbatio ex antè dictis omnibus ma-
nifesta sit.

IX. Atque hactenus de illis argumen-
tis libri secundi egimus, quibus A. sed fru-
strà, probare voluit, Gentiles genere, pri-
mâ origine & stirpe diversos esse à Iudæis;
venimus nunc ad ea, quæ ex Genesi ipsa

libro tertio in medium adferenda judic
vit; & quoniam in probatione, ex Gen
petita, totius controversiæ cardo nob
consistere videatur, ideò tantò diligenti
argumenta omnia pensitabimus. Atq
A. quidem audacter asseverat, *Genesi
lectione bene intellecta sole clariùs appar
bit, primæ creationis homines longissim
creatos ante formatum Adamum*, l. 1 1
c. 1. Sed frustra hæc & ex mero fastu pra
dicari, quasi tam claræ & tam illustres r
tiones, Præ-Adamitarum indices, in G
nesi ipsâ reperiantur, postea examinat
A. argumentis unicuiq; sanæ mentis le
ctori patescet. Neque diffitemur id, quo
A. statim addit: *legere id, quod vel opin
one inductus, vel superstitione præoccu
patus, neque velis neque audeas intel
ligere, nec legere est.* Imo improbum eun
esse existimamus, qui sententiæ ex Script
sacrâ, sive disertis verbis sive per validam
omnibusque obviam consequentiam de-
monstratæ, assensum suum denegat. Si i-
gitur A. opinionem suam testimoniis Ge-
neseos perspicuis, & juxta sensum, quem
in prudentis saniquе hominis mente gi-
gnunt, acceptis evicerit, aut evidenter in-
de deduxerit, à receptâ Christianorum o-
mnium sententiâ discedemus. Quòd si
contra vel utrumque, vel alterutrum non
præstiterit, nemo profectò erit, qui non
statim

im intelligat, A. piis & doctis omni-
ludibrium debere. Sed ad rem. Pri-
m A. argumentum hoc est: *Constat*
*initio Geneseos, sexto die Deum fecis-*
*hominem & creavisse illos masculum &*
*ninam. Masculum & fœminam, de-*
*rat, unicuique homini masculo crea-*
*n fuisse suam fœminam. Declarat et-*
*n non abruptâ serie, sed uno actu eo-*
*nque tenore creationis, productos à Deo*
*sse homines, masculum & fœminam,*
*ippe qui duo, unus homo erant,* l.111.c.
Resp. Primò falsissimum & divinæ
criptur æ contrarium est, plures mascu-
s & fœmellas creatas, sive unicuique ho-
ini masculo creatam fuisse suam fœmi-
m; narrat enim disertè hoc loco Mo-
s, Deum creando hominem, in natu-
& specie humanâ unum saltem marem
unam fœminam fecisse, quod idem
criptura non uno in loco repetit, v.g.
en. v. 2. *In die, qua creavit Deus homi-*
*em, masculum & fœminam creavit eos.*
Matth. XIX. 4. *qui fecit hominem ab initio,*
*masculum & fœminam fecit eos.* Marc. X.
*ab initio creationis, masculum & fœmi-*
*am fecit eos Deus.* Non ergò innumeros
infinitos homines, sed duo saltem in-
lividua, unum masculum & unam fœ-
nellam Deus ab initiò creavit, quod nu-
merus singularis, toties repetitus, liquidò
osten-

ostendit, quem satis audacter, & nul
prorsus vel probabili ratione motus de
serit. Nempe maluit ille tàm perspicuis
& luce ipsâ clarioribus verbis contradice
re, quàm quidquam intactum relinque
re, quod adversus inauditam suam opi
nionem jure merito torqueri posset. E
narrat quidem Genesis hic individua spe
ciei humanæ, non tamen innumera, se
duo saltem; quæ causa etiam est, cur Mo
ses plurali numero dixerit: *masculum &
fœminam creavit eos.* Deinde & illud fal
sum est, declarari his verbis, *non abrupta
serie, sed uno actu productos à Deo fuisse
homines illos*: nec enim id Scriptura di
cit, sed A. pro more fingit. Moses sim-
pliciter dicit, Deum fecisse masculum &
fœminam; simul eodemque creationis
actu fecisse ne verbo quidem innuitur,
nec ex verborum cohæsione elici potest.
Ex adverso autem primos nostros paren-
tes uno actu creatos non fuisse, sed inter
utriusque productionem aliquam tempo-
ris moram intercessisse ex Gen. 11. patet,
quam à creatione, capite primo memora-
ta, aliam non esse, infra ostendendi dabi-
tur occasio. Quidnam autem verbis il-
lis, probationis vice subjunctis, *quippe
qui duo unus homo erant*, sibi velit, divi-
nando vix assequi possumus. Possunt ea
duobus modis intelligi 1. quòd masculus
ille

ι fœmina fuerint homo unus nume-
jui ſenſus falſiſſimus eſt. Ubicunque
ı ſunt diſtincta ſuppoſita; ibi unitas
ıerica ſive individualis locum non ha:
, quippe quæ in indiviſa ſingularitate
ta eſt, atque hinc unum numero A-
ɔteli idem eſt atque ſingulare. Vide l.
. Metaph. c. IV. l. V. c. VI. l. X. c. I. l. XII:
III. 2. Quòd fuerint homo unus
cie ſive definitione eſſentiali, quodque
ım atque eandem eſſentiam habue-
t, qui ſenſus quidem verus eſt, ſed A:
tentiæ probandæ nihil omninò facit,
gamus enim hanc conſequentiam; ma-
ılus ille & fœmina fuerunt homo unus
ecie: Ergò non abruptâ ſerie, ſed uno
tu creationis fuerunt à Deo producti.
X. Secundum argumentum; *Porro*
*ıâ ratione creationis terra germinaverat*
*erbas; quâ ratione prodierant arbores;*
*ıâ ratione animata fuerant animalia o-*
*nia; quâ ratione, inquam, producta hæc*
*nnia fuerant — ſuper omnem terram; in-*
*ucendum eſt eâdem analogiâ creationis,*
*ɪrmatos à Deo fuiſſe homines, maſculos &*
*eminas, uno die unâ eâdemque nec inter-*
*ıiſſa creatione & ubicunque terrarum,* l.
II. c. I; conf. l. II. c. XI. Exer. c. III. Reſp.
Negamus conſequentiam; herbæ, arbo-
es & animalia ubique terrarum ſunt pro-
ducta. Ergò etiam homines ubicunque
terra-

terrarum sunt formati. Ratio negati
nis hæc est, quia an homines ubique c
ati fuerint, quæstio facti est, quod ex
psa creationis historiâ ejusq; perspicuis
disertis verbis probari debet. Vanus it
que est A. dum ad creationis analogia
provocat, cùm in ejusmodi rebus, à n
strâ memoriâ longè dissitis & ab om
humanâ conjecturâ remotis, non analog
a, sed documenta & testimonia certos n
reddere queant, quid à Deo factum s
Possemus alias & nos rationes afferre, c
unum saltem hominem creatum opo
tuerit, verbi gratia, illam S. Augustini
XII. d. C. D. c. XXI. *Hominem unum*
*singulum creavit Deus, ut eo modo veh*
*mentius ei commendaretur ipsius societa*
*tis unitas vinculumque concordiæ, si no*
*tantum inter se naturæ similitudine, ve*
*rum etiam cognationis affectu homines ne*
*cterentur; quando nec ipsam quidem fæ*
*minam copulandam viro, sicut ipsum cre*
*are illi placuit, sed ex ipso, ut omne ex ho*
*mine uno diffunderetur genus humanum*
Confer c. XXII. & S. Ambros. l. I. de Pa
radiso c. 10. Adde quòd illi analogiæ &
assertioni, ex eâdem deductæ, Moses di
sertè refragetur, qui unicum saltem ma
rem unicamque fœminam à Deo creatos
fuisse apertè memorat; hinc si ex illâ cre-
ationis analogiâ aliquid certi probari po-
test,

, argumentum potiùs invertimus, &
: modo argumentamur; Speciei hu-
næ duo saltem individua & quidem
o in loco à Deo sunt producta. Er-
nec ubique terrarum, multi mares,
: multæ fœminæ in reliquorum a-
nalium speciebus sunt creati. De-
le antecedens, quod A. pro certo
nit, si non penitùs falsum, saltem
ertum, incompertum & nostra sen-
ntia inexplicabile est: etsi enim ne-
re nolimus, in illo terræ tractu, quo
imorum nostrorum parentum habi-
io erat, herbas atque arbores cum
actibus productas fuisse, qui homi-
um & animalium, ibi procreatorum,
ctui inservirent, nondum tamen ab
. probatum est, omnes herbarum, ar-
orum & fructuum species actu ipso
bivis terrarum esse creatas. Sic altera
la A. assertio, quâ animalia in omni-
us terræ partibus à Deo vult esse crea-
, talis est, ut eam paucis probatum
i credamus, cum nulla rursus Scriptu-
arum testimonia, quæ illam apertè pro-
ent, ullibi appareant. Reliqua omnia,
uæ in hoc capite A. profert, cum hâc
ypothesi nitantur, ad conclusionem A.
robandam prorsus invalida sunt: par-
im enim id sine ullâ ratione affirmat,
quod adhuc controversum est, adeoque
Prin-

principium petit; partim aliquod inc
veniens urget, ex quo tamen conclusi
jus necessariò non consequitur; ut en
pridem monuimus, quæstio A. facti e
itaque testimoniis factum attestanti
comprobari debet. His itaque prætern
sis statim transimus ad cap. 11. ubi pri
in hunc modum differit: *Quia Iudæor*
*Gens segregata erat ab aliis & unive*
*terræ Gentibus; quia elegerat illam D*
*auctor idcirco Pentateuchi, cujus insti*
*tum erat scribere originem, propaginen*
*leges & chronologiam gentis suæ; seor*
*à creatione universali totius mundi & ge*
*tium omnium, incepit formationem pa*
*ticularem primi hominis Iudæi, à q*
*Gens illa peculiaris & electa derivata e*
Sed primò negamus consequentiam; I
dæorum Gens erat segregata ab aliis.
auctor Pentateuchi seorsim c. 11. Gen. i
cepit formationem particularem prin
hominis Iudæi. Inepta est hæc cons
quentia, nec apparet, quomodo cons
quens illud ex antecedenti vel probabil
ter inferri possit. Deinde propositu
quidem Mosi est in Pentateuchi scripti
ne, Ebræorum originem & res potiss
mum exponere, ita tamen ut originen
propaginem & res etiam Gentilium
quantum sibi sufficit, simul indicet, mu
dique & rerum omnium creationem

pri

nordia doceat, & postéa demum ad
erationes Adami enarrandas descen-
Rectè S. Hieronymus in c. I I. Dan.
*ipturæ sanctæ* (sic etiam Mosis) *propo-*
*m est, non externam absque Iudæis*
*oriam texere, sed eam quæ populo Is-*
*l copulata est.* Et S. Augustinus l. xv. de
it. Dei c. VIII. *Propositum scriptoris*
*us* (Mosis) *fuit, per quem Spiritus San-*
*s id agebat, per successiones certarum*
*erationum ex uno homine propagata-*
*m, pervenire ad Abraham, ac deinde*
*ejus semine ad populum Dei: ita ut nec*
*alterâ societate hominum taceretur,*
*am terrenam dicimus civitatem, quan-*
*m ei commemorandæ satis esset, ut civi-*
*s Dei etiam suæ adversariæ compara-*
*ne clarescat.* Tertiò falsissimum est,
enes. I. describi creationem universa-
m totius mundi & Gentilium omnium,
c. I I. formationem particularem primi
ominis Iudæi; sive ut l. I I. c. x. loquitur,
*iput secundum Geneseos peculiariter in-*
*itutum esse super formatione Iudæorum*
*Adamo*: nam hujus commenti ne γρὺ
uidem occurrit in universâ historiâ sa-
râ, quòd claro indicio est, illud ex vanis-
mis A. somniis profectum esse. Imò
cripturæ sacræ, quæ nunquam nisi unius
reationis, quæ statim sexto mundi die,
atione specierum absoluta & completa
fuit,

fuit, mentionem facit, & omnibus C
ſtianis ac Judæis repugnat.

XI. Aliquot tamen rationes proſ
quibus hanc ſuam diſtinctionem it
firmatum, quas breviter conſiderabin
Primò adfert verba Moſis ex Gen. 1
*& formavit Deus hominem*. Ubi ille
hominem Adamum intelligit; quod
ſi rectè ſe habeat, nulla tamen cauſa
cur vocem Ebraicam אדם aliter
explicet, quàm ſupra capite primo c
tamen prorſus eadem utrobique dic
ſit capite primo & ſecundo, & eod
modo ſcribatur: unde ſi ibi hominem
gnificat, neceſſum eſt ut & hîc eandem
gnificationem obtineat, aut adferat
rationem diverſitatis. Hoc quidem n
negamus, nomen אדם & appella
vum & proprium eſſe; quòd verò cap.
appellativè, c. 11. propriè accipit, ej
rei nullam adhuc ratione m ab A. allata
vidimus, & niſi valdè fallimur, temera
um A. ingenium arguit. Verâ autem
mniumque Chriſtianorum & Judæoru
conſenſu firmata ſententia eſt, unum
demque numero ſuppoſitum voce hâc
gnificari: ſaltem in eo eſt differentia
quòd capite ſecundo *ſpecialior ſit expli*
*natio creationis illius hominis, de quâ ege*
*rat Moſes capite* 1. E. Chriſtianis audia
tur nunc ſolus Rupertus Tuitenſis, qu
l. 11

.c. xx. de Trinitate hæc luculenter
icans, ad iſtum modum ſcribit: *Su-*
*am dixerat Moſes, quia creavit De-*
*ominem, ſed non dixerat, quomodo &*
*e fecit eum. Dixerat, quod maſcu-*
*& fœminam creavit eos: ſed non di-*
*t, quod fœminam fecit de maſculo.*
*itur nihil amplius de creatione eo-*
*dixiſſet, fortè opinati eſſemus ſimul e-*
*e creatos, & repente exortos, ſibi mu-*
*præbuiſſe conſpectus, ſed ſublata eſt*
*ſmodi dubitatio hiſtorica Moſis nar-*
*one, quæ ſic inchoatur, formavit Do-*
*us Deus hominem de limo terræ.* E.
eis ſimillima tradit Menaſſe Ben Iſra-
uæſt. xi. Conciliatoris in Gen. *poſt-*
*m S. Scriptura, de creatione hominis*
*ta, generatim dixerat, marem & fæ-*
*am creatos; in ſecundo capite parti-*
*tim deſcribere aggreditur, quæ forma*
*int, & quomodo intelligendum ſit, fu-*
*marem & fœminam.* Adde Sal. Jar-
ad Gen. I. 27. Ad hanc reſponſionem,
im amplecti debuerat A, aut univer-
a caput ſecundum unica litera delere;
eamus quid reponat. Hæc vero ejus
ba ſunt: *non advertunt qui hæc*
*umant, particulam. Et principi-*
*fuiſſe rei novæ apud Hebræos,*
*i ſeriem ante actæ: qualia fre-*
*entiſſimè reperias narrationum*
*prin-*

*principia apud omnes auctores sacros. & libros per ET incipientes.* Atqui pa
culam ET principium hic esse rei nc
& formationis à priori planè distin
non veluti extra omnem controvers
positum, sumendum, sed valido ar
mento probandum erat. Præterea pa
cula ET vel semper ita sumitur, vel
saltem: Semper ita accipi nemo s
mentis affirmaverit, & infinita exem
in contrarium sunt. Si verò rato, in
dum & paucis saltem in locis rei no
principium est, à particulari adeoque
eptè A. argumentatur: particula ET
quando est principium rei novæ. E
etiam Gen. 11. 7. Denique nemo neg
dari integros libros sacros per ET inc
entes; sed tunc ex linguæ Ebraicæ
præfixi vav pleonasmus est, quod al
quoque creberrimè παρέλκειν depreh
ditur, de quo R. Davidem Kimchiu
in comm. ad Ios. 1. 1, qui vult & pote
legat. Tam levi igitur argumento à rec
pta omnium, quotquot unquam fueru
interpretum sententia recedere, puer
& viro docto indignum est.

XII. Atque hoc est primum A. arg
mentum, sequitur jam secundum, *form
tionem Adami capitis secundi Genes
non fuisse illam primi capitis creationen
hinc maxime præsumitur; quod pro ina
bita*

*tato sit, primi capitis creationem con-
m fuisse sexto creationis die. Impos-
e sed enim est, transacta fuisse illa o-
a, quæ narrantur capite secundo, ab
mo formato usque ad Evam ædifica-
, per id temporis quod potuit adhiberi
pere ad mane unius diei; Ergo multo
us per dimidium diei illius sexti, quo
s creavit primum animalia omnia, de-
hominem, Numeremus certè momen-
ngula, quibus declarare Deus voluit
a fuisse illa omnia cum tempore, nihil
reperiamus in primâ creatione homi-
a; non acta intercisa creationum ma-
li & fœminæ qualia sunt longo tempo-
nterrupta ab Adamo usque ad Evam.*
sp. Concedimus multa in c. 11. Genes.
nmemorari, de quibus in c. 1. nullum
ninò verbum extat; hoc tamen non
cit, historiam capitis secundi aliorum
minum, novam & diversam esse à nar-
ione creationis, quam paulo supra ca-
e primo divinus Moses posuerat. Ni-
enim obstat, quò minus unus idemque
storicus diversis in locis unam eandem-
e historiam diversimodè commemo-
t, ita ut una narratio pluribus circum-
ntiis rem omnem expressius declaret,
ultaque quæ in altera omissa sunt, ad-
it; altera verò omissis plerisque circum-
antiis angustior atque concisior sit. Ubi-
cum

cumprimis historici propositum co[n]derandum est, & num justam causam [ha]beat, rem unam eandemque jam bre[vi]ter, mox verò plenè & omni ex parte n[ar]randi, quæ quidem ex ejus instituto ha[ud] difficulter investigari poterit. Exem[pla] hujus assertionis passim apud Scripto[res] sacros, æquè ac profanos, sat frequen[ter] licet reperire. Idem de historiâ creat[io]nis Primorum nostrorum parentum [di]cere & sentire oportet: ea enim, ceu op[us] sexti diei, in capite primo saltem delib[a]ta & summatim recensita fuerat; at in c[a]pite secundo de integro pleniùs desc[ri]bitur, quæ responsio, quam supra etia[m] dedimus, toti capiti A. secundo conf[u]tando satis est. Esse itaque diversitate[m] aliquam narrationis in capite primo & s[e]cundo Genes. non diffitemur; an verò t[a]lis sit, ut utraque illa narratio de person[is] diversis instituta existimari possit, dein[ce]ceps disputandum est. Nos negamus; A. affirmat & confidenter asseverat, im[-]possibile esse, ut capite secundo Gene[s.] ab Adamo formato usque ad Evam æd[i]ficatam narrata, sexto die creation[is] transacta fuerint. Ejus igitur rationes bo[-]nâ fide recensebimus, & ordine singula refellemus. *Dicitur primo, Deum forma[-] visse Adamum è limo terræ.* Hactenu[s] benè; at quando statim ad hæc Mosi[s] verba

:rba,ab se allata,annotat,*Deum qui pri-o capite hominem creaverat non ex ter-i simpliciter, sed ex eâdem illa prima ma-riâ,quâ terram ipsam creaverat*; *in se-undo capite formavisse Adamum de limo rræ*; *sive Deum, qui se in primo capite eatorem primorum hominum præstite-it,in secundo capite plastem Adami se ex-buisse*, falsa miscet & divinæ Scripturæ inimè consentanea: nam quo capite, io commate Geneseos aliusve libri sacri gitur, Deum creavisse hominem ex eâ-em illâ primâ materiâ,quâ terram ipsam eaverat? Deum creavisse hominem,Ge-ef.1.27. simpliciter & præcisè dicitur: eavisse ex eâdem illâ primâ materiâ, aâ terram ipsam creaverat, id verò Mo-s non memorat,sed A.de suo addit.Nul-ergo hic est discrepantia creationis, ca-ite primo & secundo memoratæ, *nihil-ue si ad materiam spectes, quæ Judæi icti sunt, erit, quare illos propterea E-ctionis primatu dignos censeas. Constat nim eodem luto subactos, quo cæteri ho-iines compacti sunt, atque ex eadem ter-a communi cōpositos,qua Gentiles omnes roducti & compositi sunt*,ut A. loq. l. 11. 1. *compegit Adamum Deus eodem luto, adem terra communi, nec non eadem ma-eria corruptioni obnoxia, quæ cæteri ho-iines subacti sunt.* quæ ejusdem verba unt l.v.c.11. Porrò quantumlibet crea-
F tio

tio capite primo & secundo diversis & differentibus verbis *creandi* & *formandi* si expoſita, inde tamen non ſequitur, deſcribi creationes prorſus diſcrepantes, cùm nihil frequentius ſacris & profanis ſcriptoribus ſit, quàm unam eandemque rem verbis aliis atque aliis commemorare & deſcribere. In ſpecie autem diligenter advertere oportet, verba ברא *creavit* & יצר *formavit* in ſacris literis promiſcuè atque *συνωνύμως* uſurpari; ſic Gen. I. 21. dicitur: ויברא *& creavit Deus omnem animam viventem & omne volatile cæli* at Gen. II. 19. ויצר *& formavit Dominus Deus è terrâ omnem beſtiam agri & omne volatile cæli.* Eſ. XLIII. 1: *ſic dicit Dominus creator tuus, ô Jacob, & formator tuus, ô Iſrael.* v. 7. *omnis qui vocatur nomine meo, ad gloriam meam creavi eum, formavi eum, feci eum.* v. 15. *ego Dominus ſanctus veſter, creans Iſrael*, c. XLV. 7. *Ego Dominus formans lucem & creans tenebras*, v. 18. *ſic dicit Dominus creans cælos, ipſe Deus formans terram & faciens eam, ipſe firmat eam, non in vanum creavit eam, ad habitandum formavit eam.* adde Jer. X. 16. ubi Deus dicitur יוצר הכל *formator* ſive *plaſmator omnium*, & Pſalm. LXXXIX. 48. Malach. II. 10 ubi ברא ſive *creandi* verbum etiam de Judæis dicitur, Scripturæ & ſententiæ

noſtræ

ſtræ ſuffragatur paraphraſtes Chaldæ- Onkelos, Ebraicæ Linguæ citra con- verſiam callentiſſimus, qui ſi non ſem- r (ut Elias obſervavit) ſaltem frequen- ſimà Ebraicum יצר ſive *formavit* ver- ברא ſive *creavit* expreſſit, uti quo- e fecit Gen. II. 7. Eum ſequuntur bbini, qui pro ברא uſurbant יצר, pro בריא nomen יצירה, & Geneſin ספר יציר *librum formationis* ſive *cre- ionis* vocant. Imò conſtat hoc vel con- ſſione ipſiuſmet A. qui apertiſſimè i- m tradit l. IV. c. VII. ad hunc modum ribens: *per hominem quem creaverat, tellige Judeos: Adami inquam illius; em Deus creaverat; id eſt formaverat. l.enim eſt hoc loci creaverat, quod forma- rat.* Ut ſic ſatis conſtet, hanc A. di- nctiunculam inanem atque quæſitam; rriſque ſiculis vaniora eſſe, quæcunque i ex hâc hypotheſi alibi diſputavit.

XIII. *Dicitur ſecundo; Deum inſpira- ſſe in faciem Adami ſpiraculum vitæ:* oc quidem certiſſimum eſt, at nondum obavit A. Deum alio tempore forma- ſſe corpus, alio autem ſpiraculum vitæ faciem Adami inſpiraviſſe. Licet enim rmatio corporis & inſpiratio animæ di- inctè à Moſe memoretur, hinc tamen on conſequitur, etiam diverſo tempore rpus formatum, & animam inſpiratam

F 2 fuiſſe,

fuisse. Nos quidem certè creationem pr
actione instantaneâ habemus, & singula
quæ creavit Deus, si seorsim & in se con
siderentur, ipsumque adeò Adamum i
instanti & eodem temporis moment
integrum productum fuisse arbitramur
*Tertiò*: *Tulisse eum in Paradisum*. Atqu
Adamum extra Paradisum conditum, &
postea in Paradisum à Deo translatum es
se, infirmâ saltem suspicione conjicitur
nec unquam ab A. liquidò demonstrabi
tur. Vide Mercerum ad Gen. 11. v. 8, &
15. Posito tamen, Adamum extra Para
disum fuisse formatum, potuit tamen i
momento temporis à Deo in Paradisun
introduci. Sed pergat: *attende serio a*
*illa verba Geneseos: plantavit autem Do*
*minus Paradisum voluptatis à P R I N*
*C I P I O, in quo posuit hominem. Prin*
*cipium vero illud intellige, non de tempo*
*re illo quo Deus formavit Adamum: se*
*de principio retro longissimo, quo etian*
*creavit hominem in specie, id est, homine*
*primæ creationis omnes. Certe si Adamu*
*hic fuisset homo ille creatus in principio, &*
*triduo post terram creatam, non dixisse*
*Genesis super hoc Adamo, quem tulit Deu*
*in Paradisum, plantaverat Dominus Pa*
*radisum à principio; imo vero illud: planta*
*taverat nudius quartus Paradisum.* Ve
tùm etiam ad hunc discursum habemu
quæ

ıædam, quæ notemus: ac primò qui-
:m etſi interpretationem illam, *à prin-
pio*, admitteremus,& paradiſum à prin-
pio conditum eſſe totidem verbis in
xtu extaret: negaremus tamen hinc
fici, paradiſum conditum eſſe à princi-
o retrò longiſſimo. Damus enim in-
antiam: Diabolus eſt homicida à prin-
pio. Ergò à principio retrò longiſſimo.
ntecedens extat Joh VIII. 44. conſe-
uens tamen eſt falſiſſimum, cùm Dia-
olus in paradiſo *ubi primi homines, pa-
:ntes generis humani, ſanctæ ſcripturæ
eritate fuiſſe narrantur*, ut Auguſtinus
ıquitur l. XIII de Civit. Dei c. XXI. ho-
ıicida factus ſit, & Adamum atq; Evam
ı mortem animæ atque corporis præci-
itaverit. Conſequentia igitur laborat:
empe procedit à genere ad certam
peciem affirmative, & quidem ex par-
: prædicati, quem argumentandi mo-
um vitioſum eſſe, nemo tàm rudis eſt
octrinæque Logicæ ignarus, qui ne-
:iat. Sed ut quod res eſt dicamus, *prin-
ipii* nulla prorſus mentio fit in textu E-
raico, ex quo tamen, non ex deprava-
a interpretis Latini verſione, germana
ropriaque horum verborum Moſis ſen-
entia eruenda eſt: nam τὸ *à principio*,
uod vulgatus eumque imprudenter ſe-
utus A. habet, reſpondet Ebræorum
 מקדם

מקדם, quod hic non temporis sed l
ci notionem obtinet, & per plagam O
entalem reddendum est, ceu irrefragal
liter constat ex Gen. III. 24. *ejecit Don*
*nus hominem & collocavit* מקדם *ab*
*riente* (non à principio) *horti Eden C*
*rubim*: ut adeò certa mundi plaga exp
matur, ad quam Paradisus situs fuerat.
odem sensu τὸ מקדם accipitur Gen. x
2. *& fuit cùm proficiscerentur illi ab O*
*ente* מקדם. Adstipulantur nobis h
Mosis verba, quæ nunc tractamus, expl
nantes Judæi: R. Salomo Jarchi קדם
במורחו של ערן נטע את הגן, i.e.,
*Oriente Eden plantavit hortū.* Aben E
מפאת מורח *à plagâ Orientali* LXX. κ
ἀνατολὰς eodem sensu. Josephus l. I. a
tiq. c. I I. φησὶν δὲ τὸν θεὸν καὶ παράδεισον κατ
τὴν ἀνατολὴν καταφυτεῦσαι *præterea na*
*rat* nempe Moses, *Deum Paradisum*
*Orientem plantavisse.* Una igitur ex
nilibus fabulis est, quas frequentes misc
A. Deum plantavisse paradisum à prin
pio retro longissimo, & creavisse homine
qui terram à principio creatam illo col
erunt. Cætera nullius plane momen
sunt, ut dum velle quasi videtur, ut sc
ptores sacri ad ejus nutum verba seligan
nec enim putamus quenquam futurum
quin fateatur, majorem esse Spiritu
Sanctum, quàm ut illi male feriatus fili
huj

ujus seculi dicendi & loquendi leges ræscribere debeat. *Scriptum est quartò: Deum dedisse Adamo huic leges, præce-isse illi quid comederet, quid non come-leret: quid faceret, quid vitaret. Nota vero hic curiose, nullam legem datam pri-næ creationis hominibus, quæ enarratur apite 1. Geneseos: nullamque hominibus llis interminatam arborem. Intermina-a est arbor scientiæ boni & mali, secun-læ creationis homini Adamo, quæ enar-atur capite 2. Præcepitque ei Deus; ex mni ligno &c. Illa autem ut diversa in-lituta, ita manifesto diversa tempora ar-guunt.* Verùm soli Adamo interminatam esse arborem scientiæ boni & mali, haud ta de facili nobis probaturus est A. aliud certè verba, inter Evam & serpentem ultrò citroque habita, innuere videntur Gen. III. v. 3. *Dixit mulier ad serpen-tem, de fructu arboris horti vescimur: at de fructu arboris, quæ est in medio horti, dixit Deus, non comedetis ex ea, & non tangetis eam, ne fortè moriamini.* Qui-bus ex verbis colligere licet, non soli Ada-mo, sed ambobus illis Adam. & Evæ simul & in comune, esu arboris scientiæ boni & mali interdictum fuisse. Neq; verò senten-tiam A. adjuvat, quòd interdictum illud Dei inter formationem Adami & Evæ memoratur, siquidem infirma est argu-

mentatio: lex sive interdictum illud narratur inter formationem Adami & Evæ ergo tunc esu arboris Deus interdixit videmus enim paradisi non nisi post creationem Adami mentionem fieri, ejusque historiam à v.8. usque 15. serie continuâ pertexi, qui tamen ortu Adamo prior fuit. Nam *dicuntur quædam, quasi sequantur in ordine temporis vel rerum continuatione narrentur, quum ad priora quæ prætermissa fuerant, latenter narratio revocetur*, ut S. Augustinus monet l. III. de Doct. Chr. c. XXXVI, ubi *regulam illam, in obscuritate Scripturarum satis vigilanter inventam*, hoc ipso exemplo illustrat. Sic v.19. dicitur: *& formavit Dominus Deus è terrâ omnem bestiam agri & omne volatile cœli*, quæ tamen non post creationem Adami, sed prius condita fuerant, ut ex Gen. I. 20, 21. 24. constat hinc Rab. Salomo Jarchi ad Gen. II. 19 היא יצירה היא עשייה האמורה למעלה *hæc formatio est illa ipsa creatio supra memorata*, sive recapitulatio creationis, quinto & sexto die factæ.

XIV. *Quintò; balbutiens nobiscum Scriptura demonstrare voluit, Deum didicisse quasi experimento, & per quoddam tempus elapsum, Adamum solum sine adjutorio, nec coluisse nec custodisse commode Paradisum. Proinde vero dixisse Dominum*

*Non*

*ori est bonum, hominem esse solum, Facia-us illi adjutorium simile sui* Hic pri-um magnus A. error notandus est, in ntam Naturalis Theologiæ inscitiam rogressi, ut Deo experientiam tribuat: am πλῆθ© χρόνε ποιήσ τὴν ἐμπειρίαν *ngitudo temporis efficit experientiam.* l. 1. Eth. Nic. c. IX. αἱ πολλαὶ μνῆμαι τε͂ ἀυτε͂ πράγματ©, μιᾶς ἐμπειρίας δύναμιν ἀποτελε͂σι *multæ ejusdem rei memoriæ, unius expe-rientiæ vim efficiunt,* l. 1. Met. c. 1. Expe-rientia igitur importat pluralitatem co-nitionum, & processum à noto ad igno-um, adeoq; annexam habet ignorantiam cognitionis imperfectionem, quæ Deo ribui nec debet, nec potest, utpote cujus cognitio prorsus immutabilis & intuitiva est, quique uno actu & simplicissima co-gnitione ab omni etiam æternitate vidit, è re speciei humanæ non futurum, si uni-cum saltem individuum in rerum natu-râ existeret. Quanquam quid disputa-mus, & hanc opinionem multis confu-tamus, cùm nulla alicujus experimenti mentio in textu fiat, sed effati saltem divini, Deo ἀνθρωποπαθῶς tributi, nutumq; & voluntatem Dei de condendâ Evâ ex-perimentis, ut supra in reliquis creationis operibus. Verba Mosis sunt: *& dixit Do-minus Deus, non est bonum hominem esse solum, faciam ei adjutorium,* quæ profectò ad

ad sententiam A. de experientiâ Dei nu
lo modo quadrant, aut accommodari po
sunt, sed durè distorquentur. Figme
tum igitur est, Deum didicisse quasi e
perimento & per quoddam tempus el
psum, Adamum nec coluisse nec custod
isse commode Paradisum, & cùm à tex
sacro planè absit, totum rejectum opo
tet. *Si autem quæritur, ad quam rem f*
*ri oportuerit hoc adjutorium, nihil ali*
*probabiliter occurrit, quàm propter fili*
*procreandos*, ut rectissimè S. Augustin
scribit l. IX. de Gen. ad literam c. III. I
S. Ambrosius libro de Paradiso c. X. *Qu*
*ex viro solo non poterat humani esse gen*
*ris propagatio, pronunciavit Dominus n*
*esse bonum solum hominem.—Propter g*
*nerationem successionis humanæ debu*
*mulier adjici viro.* Similiter Chaldæ
Jonathan: א תקין דיהי אדם דמיך
לחודוהי אעביד ליה איתא דתהי
סמיך כקבליה *non est conveniens,*
*sit homo dormiens solus ipse, faciam ei*
*xorem, quæ erit recumbens in anterio*
*ipsius. Sextò: Adduxit Deus ad Ad*
*mum omnia animalia terræ & univer*
*volatilia cœli. Quæ non verisimile est co*
*venisse per dimidium unius diei. Eo qui*
*pe venturi erant Elephanti, ex remo*
*Indiæ & Africæ regionibus, quibus le*
*tus & gravis incessus est. Quid porro c*
*ca*

*um de innumeris fere animalium & vo-
tilium speciebus, hemisphærio huic no-
ro incognitis; quibus tantum maris tra-
andum, & terræ metiendum erat, ut ex
America in Mesopotamiam venirent, &
uum ibi nomen sortirentur?* At enim hic
erum ut certum assumit, quod unicè
robandum fuerat, die sexto creationis
nimalia ubivis terrarum fuisse, adeoque
rincipium petit, quo nihil absurdius in
lisputatione committi potest. Deinde
ulla est consequentia: Deus ad Ada-
num adduxit animalia. Ergò ex remotis
ndiæ & Africæ regionibus. *Hoc quid est
alud, nisi diligenter pro humanâ suspicio-
ne contendere & scripturas sanctas negli-
genter attendere?* ut S. Augustini verba,
ex l. XIII. de Civ. D. c. XXIII. huc accom-
modemus. Damus enim instantiam ex
hoc ipso capite v. 22. ubi similis loquendi
modus reperitur, *ædificavit Dominus
Deus costam in mulierem, & adduxit e-
am ad hominem*: Certè sicut Eva non a-
lio, multo minus remotissimo loco, sed
ibidem in Paradiso juxta Adamum crea-
ta fuit, & tamen à Deo ad Adamum ad-
ducta legitur: ita quando animalia ad A-
damum adducta dicuntur, necessariò non
consequitur, ex Americâ venisse, mul-
tumque terræ emensa fuisse. Adhæc in-
firma est consequentia. omnia animalia

ad Adamum sunt adducta. Ergò singul
individua animalium adducta sunt, 
fallitur A. si hoc sentit: notissimum enin
est, signum universale Omnis suppor
quàm frequentissimè pro generibus sin
gulorum, nec includere omnia specie
rum individua, exempla vide Gen. VII
14. XXIV. 10. Ef. 11. 2. & loco nostro; 
sic exponit R. Salomo Jarchi in com
ment. שהביאן הביאן לפניו כל
מין ומין זכר ונקבה *quando addu
xit ea, adduxit cujuslibet speciei marem
& fæminam.* Reliqua de lento incessu e
lephantorum & cæterorum animalium
profectione, ineptiis A. annumerand
sunt; quasi verò potentissimum numen
cui actus ille in textu disertè adscribitur
animalia illa, ceu pastor aliquis suas oves
egisset, & illuc in Paradisum duxisset, i
demque vel solo nutu & imperio ad A
damum abigere non potuisset: Rabbi Sa
lomoni Jarchio profectò delirium A. non
placet, hinc ad comma, quod præ ma
nibus habemus, isthæc annotat מלמד
כאן שבשעת יצירתן מיד בו ביום
הביאם אל האדם לקרות להם שם
*docet te hic Genesis; quod* (Deus anima-
lia) *in ipsâ creationis suæ horâ è vestigio e
ipso die ad Adamum adduxerit, ut nomi
na illis imponeret.* Adducta fuisse anima-
lia nemo negare potest, quis verò addu-
ctioni

inonis modis fuerit, id incertum eſt, uem quia Scriptura non expreſſit, ideò à nobis temerè definiendus non eſt.

XV. *Septimò; vidit Adamus quid vocaet ea. Vidit, id eſt, ut appoſite quæque ominaret, in qualibet appellatione ratioinatus eſt: id eſt, exercuit mentis operaiones illas, quæ diſcurſu & tempore diinguuntur.* Sic l. III c. III. *Ut videret Adam, quid vocaret ea.* Tò *videret denotat Adamum uſum fuiſſe ratiocinatione ſuâ, n nominibus propriis & ſignatis, quæ dedit animalibus & volatilibus.* Reſp. Textus Ebræus vocem Adami non habet, unde textui ſacro ab A. minimè infertam oportuit, ne amplius quid dicatur, quàm Spiritus Sanctus dici voluit. Et quamvis hæc minuta videantur, magna tamen vis eſt, ſacro & à Deo profecto codici infercire, quæ in eodem non inveniuntur, modò ad tuum ſenſum trahas, Ita autem in v. 19. legitur: *& adduxit Deus omnem beſtiam agri & omne volatile cæli* לראות *ad videndum, quid vocaret illud,* ubi τὸ לראות ſive *ad videndū* ad Deum duntaxat proprieque referri debet; ut hæc ſit verborum illorum genuina ſententia, Deum propterea animalia ad Adamum adduxiſſe, ut ipſemet, qui adduxerat, videret, quomodo unumquodque illorum vocaret, quod per metaphoram de

de Deo dictum est, & pluribus exempl
illustrare possemus, si omnia enucleatiu
tractandi hic locus esset. Cur verò in s
quentibus addat: *neque illud possibile es
Adamum intra diei unius dimidium vidi
se animalia & volatilia cæli omnia, tu
vero nomina illis omnibus convenient
ratiocinando accommodavisse: qui nequ
nomina illa distinctè pronunciando, & co
tinua serie enarrando, intra breve ad
tempus enuntiare potuisset*, nondum l
quet. Illud enim est impossibile, quod e
suâ intrinsecâ ratione tale est, ut dicat re
pugnantiam adesse, & à nullâ potentiâ i
actum deduci potest; id verò in hoc n
gotio dici nequit, cùm Adamus intra u
nius horæ spatium quamplurimas an
malium & volatilium species videre, sin
gulisque nomina imponere potuerit. S
igitur illud nullam contradictionem im
plicat, aut implicare evidentissimè de
monstrari nequit, ineptum, periculosum
& prorsus temerarium censeri debet A
placitum, eo ipso certum Scripturæ do
gma impugnantis. Confer Torniellum
in Annalibus sacris, sub mundi die sex
to §. 17. qui verba illa Gen. 11. 19. *procu
dubio tanquam per anticipationem dict
intelligere debere* existimat. *Octavò im
misit Deus soporem in Adamum: cum
que obdormisset: id est, longum & pro
fundum*

*[f]undum præ ſopore dormiiſſet Adamus: [T]ulit unam de coſtis ejus Deus, & replevit [c]arnem pro ea.* Reſp. Adamum longum [d]ormiiſſe, incerta conjectura eſt, quam [n]ec lectio originaria nec hiſtoria confir[m]at: tantùm narratur, Adamum ſopore [d]ivinitus immiſſo ſimpliciter obdormi[v]iſſe, à quâ ſententiâ nec Paraphraſtes [C]haldæus Onkelos alienus eſt, qui trãſtulit: ודמיך *& obdormivit.* Non diffitemur [q]uidem, תרדמה ſomnum profundum & [e]x quo quis difficulter excitari poteſt, ſi[g]nificare; hinc R. Nathan in Concord. ait שענינו השנה החזקה *quòd ſignificatũ ejus ſit ſomnus gravis*, & Aben Eſra ad Gen. II. 21. תרדמה יותר משינה *quòd plus quam ſomnum ſimplicem* importet, eo tamen noluit ſignificare Moſes, nec ullâ veri ſpecie probabit A. *Adamum longum dormiiſſe*, cum temporis mora & duratio de ejus eſſentiâ non ſit. Hinc modico temporis ſpatio, imò verò unico momento fieri potuit, ut Deus gravem illum ſomnum ac ſoporem Adamo immitteret, eidemq; ſtupore mentis & ſenſuum ceſſatione correpto coſtam detraheret. Audax ergo & hoc commentum eſt, nec ullum colorem habet. *Nono: ædificavit coſtam in mulierem, Neque verò crediderunt Judæi helleniſtæ, ædificatam fuiſſe coſtam Adami in mulierem, eodem die quo Adamus formatus*

*tus est.* Sed contra, Evam sexto, adeoqu
eodem die cum Adamo conditam fuisse
non modò Patrum Christianæ Ecclesi
actoritas suadet, verùm etiam Scriptur
ejus rei clarum firmumque testimoniur
perhibet. Expresse enim Gen. 1. 27. d
citur; *creavit Deus hominem ad imag
nem suam, masculum & fæminam creav
eos*; & v. 31. subjungitur; *& vidit De
omne quod fecerat, & ecce bonum vald
& fuit vespera, & fuit mane dies sextu*
Cap. 11. v. 1. 2. 3. *Et perfecti sunt cæl
& terra, & omnis exercitus eorum. E
perfecit Deus die septimo opus suum quo
fecerat, & requievit in die 7. ab omni ope
suo, quod fecerat. Et benedixit Deus di
7. & sanctificavit illum: quia in eo requi
verat ab omni opere suo, quod creando f
cerat Deus.* Gen. v. 1. 2. *In die, quo cre
vit Deus hominem, masculum & fæmina
creavit eos, & vocavit nomen eorum A
dam, in die quo creati sunt.* Ex. xx. 11. *se
diebus fecit Dominus cælos & terram
mare & omnia, quæ sunt in eis, & requi
vit die septimo.* Addemus & Maimoni
dæ verba, Part. 11. c. xxx. libri מורה
נבוכים hoc modo scribentis; *Intelliger
dum tibi probè, quòd recordatur creati
nis Hominis inter sex creationis dierur
opera. Dicitur de eo; masculum & fæm
nam creavit eos. Et creationem tota*
*con*

*ıcludens ait: & perfecti fuerunt cælũ & -ra & omnis exercitus eorum. Postea nuò ad creationem Hominis redit, & plicat, quomodo Eva ex Adamo creata erit. Omnes autem sapientes nostri unaımi consensu affırmant, cuncta die sexto isse, & nihil quicquam post sex creatiıis dies immutatum fuisse.* Id igitur, ıod A. hellenistas facit affirmantes, cùm ana saltem divinatio sit, & Scriptura diına rejiciat, non minus ac nugas derideıus: *Decimò: Adduxit Evam Deus ad ʼdamum.* Atqui Eva non alibi fuit, & ex io loco ad Adamum adducta, ut A. for- : sibi it persuasum, sed eo ipso loco, quo ıdamus erat, Eva ex Adæ costa fuit ædicata, videlicet in Paradiso: verbo autem *dduxit* nihil aliud significatur, quàm uòd Deus Evam, ceu comparem vitæue sociam Adamo obtulerit, & præsenem stiterit.

XVI. Atque hæ sunt decem illæ rationes, quibus A. minorem suam supra posiıam frustra probare conatus est, quanıuam eandem nunc repetat, dum scriıit: *horum omnium si rite fiat summa; ıon dicam dimidium diei, sed non dies olidus, non hebdomas, non mensis, diıidio horum suffecerit.* Agnoscimus quidem moram aliquam inter Adami formationem & creationem Evæ intercessisse;

ne-

negamus tamen, momenta illa omn
ab A. ingeniosè, sed minùs certè alla
tot ac tanta esse, ut spatio dimidii di
Deo confici non potuerint, qui est *D*
*omnipotens*. Gen. XVII. 1. παντοκράτωρ
Cor. VI. 18. *potens super omnia fac*
*superabundanter quàm petimus, aut*
*telligimus*. Ephes. III: 20. *Cui compe*
*supereminens magnitudo virtutis & o*
*ratio potentiæ virtutis*, Ephes. I. 19.
quis ergo religiosus Dei cultor asserat, i
possibile esse, ut Deus decem isthæc m
menta intra dimidium diei perfece
*An Deus non est potens, quousque Chri*
*ani credunt, sed quousque A. vult? Ni*
*rum quippe consilium & potestatem*
*potuit A. non potuerunt nosse Prophet*
*cùm potiùs è contrario Dei Prophetas*
*enunciandam ejus, quantum dignatus*
*voluntatem spiritus ejus docuerit, A.*
*tem in eà cognoscenda conjectura huma*
*deceperit*, ut S. Augustinus paucis imm
tatis loquitur l. XIII. de Civ. Dei c. XV
His igitur missis ad reliquorum ar
mentorum, quæ in cap. II. & I
libri tertii ab A. ad ostendendum dive
tatem formationis Adami, à creatione
pitis primi Geneseos allata sunt, exam
progrediamur. Tertium autem ar
mentum est, quod jam sequitur: *Ne*
*illud prætereundum est, quod Adamus*
*ca*

*vit mulierem illam Viraginem, quia ex ro sumpta erat: nec vocavit eam homiem, quemadmodum in primâ creatione ocatæ fuerant fœminæ hominum. Vir uippe hic, secundo formatus, tantum exellebat super alios homines primo creas: ut suum adjutorium non invenerit vir le inter hominum fœminas: sed viro illi dificanda fuerit Virago, cæteris fœminis xcellentior*, l. III. c. II. Verùm falsum st, Adamum mulierem illam vocavisse iraginem; vocavit eam אשה: sicut utem איש non virum excellentem, ed virum in genere significat, & in hunanâ ac quâcunque animalium specie omen sexus est: eodem pacto & אשה st mulier in genere, adeoque quàm sæissimè nomen sexus. Maimonides in מורה נבוכים part. I. c. VI. *Duo sta nomina Isch & Ischach, attribuuntur rimo mari & fœminæ inter homines: deinde accommodantur etiam omni masculo & fœmellæ ex cæteris speciebus animantium.* Aliud itaque est אשה, aliud virago: אשה est vira sive virissa, si ita loqui licet, quæ ad virum pertinet, viro nupta, quæ est viri; Virago autem est ἀντιάνειρα, mulier virili animo prædita, magnanimis, fortis, virum animo æquans. Deinde ineptit A. si, quod ejus verba manifestò præ se ferre videntur, ita colligit; Ada-

Adamus vocavit mulierem illam שה
Ergò diversa atque alia est ab eâ, quæ
pite primo fœmina vocatur; quis eni
tam stolidus erit, ut sibi persuaderi pat
tur, ex diversitate nominum etiam div
sitatem rerum dependere, cùm nemine
vel paululum in sacrorum monumen
rum auctorumque profanorum lectio
versatum latere queat, unius ejusdemq
numero rei diversas esse appellationes
diversa nomina. S. Hieronymus in
pistola ad Marcellam nomina Dei dece
auctor libri de mundo c. VII. triginta t
recenset. Idem de muliere sentire
portet, cui itidem plura nomina comp
tunt: appellatur enim 1. אדם hom
quod nomen utrique sexui commu
est. Augustinus l. XV. de Civ. Dei c. XVI
*Nomen Adam commune perhibetur e*
*in linguâ Hebræâ, masculo & fœmin*
*Nam sic de illo scriptum est: Masculu*
*& fœminam fecit eos, & benedixit il*
*& cognominavit nomen eorum Ada*
*Unde non ambigitur, sic appellatam fu*
*fœminam Evam proprio nomine, ut tam*
*Adam, quod interpretatur homo, nom*
*esset amborum.* Idem disertè fatetur
l. III. c. 1. 2. נקבה fœmella, quod
xus nomen est, ab ætate & habitu pr
scindens, ita ut etiam virgo recens nat
ta vocetur Lev. XI. 5. 7. 3. אשה de q
non

mine jam antea egimus. Plura non :umulabimus, cùm ex hifce unicuivis ınifeftum fit, quid de hoc violento A. mento habendum fit.

XVII. Quartum argumentum; *Ap- lavit Adamus: nominibus fuis omnes tias terræ. Adæ vero, ait Genefis, non eniebatur adjutor fimilis ejus. Abfur- m autem videretur, quæfitum fuiffe ad- torem Adamo fimilem inter beftias ter- . Verum advertendum eft, annumera- hoc loco fuiffe Gentiles,& primos crea- nis homines inter cætera viventia; ra- ne eadem quà illos indiftinċte cum befti- vocatos legas, Populum qui calcat ter- m, Ifaiæ 42. Illud ergo voluit Genefis, (jutorem non inventum fuiffe Adamo, ter animalium, id eft, gentilium illorum minas*, l. III. c. III. Syft. theol. Ve- ım hoc argumentum vix confutatio- em meretur: primò enim inauditum ıctenus & abfurdiffimum interpreta- ientum eft, per beftias homines intelli- ere. Comparantur quidem Gentiles be- iis paffim in Sacris literis, nunquid ve- ) propter iftam comparationem vox bè- iæ nativam fuam fignificationem muta- it, & ftatim amittet? nemo, putamus, ınæ mentis id admiferit. Etiam Judæos uam fæpiffimè beftiis comparatos, imò abitos, & à facris fcriptoribus traductos

de-

deprehendas, sed salva semper mane
verborum significatione eaque prop
Alioquin eodem modo quis inferre p
set, Judæos annumeratos fuisse inter c
tera animantia, nam & illos indistin
cum bestiis vocatos legas, *Populum*
*calcat terram* Es.XLII.5. uti mox pa
scet. Imò & bestias in Scripturâ habi
& traductos, quod supra à nobis dem
stratum est. Deinde in loco Esaiæ, s
gentilibus aptando. A.planè fallitur,c
textus ille prosus generalis sit, & quib
vis, vita spirituque præditis, accomod
possit imò debeat, quòd prædicata il
*Deus dat animam populo qui est super t*
*ram, & spiritum ambulantibus per ea*
plus satis demonstrant. Quibuscunq
igitur Deus dedit animam & spiritu
quique per terram ambulant, de illis
loci sermo est, Jam verò non solis Gen
libus, sed & Judæis Deus dedit anima
& spiritum, nec soli Gentiles,sed & Jud
ambulant per terram, Ergo & Judæi
intelliguntur, Ergo & Judæi indistin
cum bestiis vocati sunt *Populus qui c*
*cat terram*. Tertio illa animalia Deus
duxit ad Adamum, quæ ex terrâ form
verat, ut constat ex Genes. II.19.20.
qui primæ creationis homines non fu
formati ex terrâ: nam *Deus primo cap*
*hominem creaverat, non ex terrâ simp*
*cit*

*citer, sed ex materiâ primâ*, quæ diser-
A. verba sunt l. III. Syst. Theol. cap. II.
go primæ creationis homines non sunt
imantia illa, à Deo ad Adamum addu-
i. Præterea illa intelliguntur per bestias
is, quibus Adamus nomina imposuit,
rursus patet ex Genes. II. 19. 20.
n vero primæ creationis homini-
s, quos A. fingit; Adamus nomina
n imposuit: oportet enim illos, ex A.
pothesi innumerabilibus seculis ante
damum conditos, nomina sua jam diu-
simè habuisse. Ergo. Adhæc nullum
minem, nullamque fœminam ante cre-
onem Evæ in rerum naturâ extitisse
oses etiam subinnuit, dum ait, inter a-
malia illa nullum inventum fuisse,
od Adamo ad vitæ humanæ societa-
m ac propagandam sobolem ad jumen-
esse potuerit; si verò fuissent mulieres
ntilium, invenisset utique adjutricem,
turæ suæ cognatam, ejusdemque spe-
ei comparem. Quia autem nihil repe-
t, quod sibi socium & ad id, quod quæ-
batur, idoneum esse poterat, ideò Deus
porem Adamo immisit, & Evam ex e-
s costâ formavit. Neque verò quic-
uam huic A. nugamento incrustando
cit ratio illa: *absurdum videretur, quæ-
tum fuisse adjutorem Adamo similem in-
r bestias terræ & volatilia cæli. Quæ
enim*

*enim vel ſimilitudo vel relatio eſt homin cum quadrupede & volucri.* Nam fini ob quem animalia ad Adamum ſunt a ducta; fuit impoſitio nominum, ſive *videret, Deus, quomodo unumquodque lorum Adamus vocaret,* Geneſ. II, I non autem ut quæreretur animans a quod ſive beſtia, que Adamo ad procr andam prolem adjungeretur; de hoc nim nihil in univerſâ hiſtoriâ occurr Interim concedimus, Deum ſimul id giſſe, ut Adamus neceſſitatem crean mulierem, ſuæ naturæ reſpondenten perſpiceret. In hâc ſententiâ eſt S. Am broſius l. de Paradiſo c. XI. *Accipe* inqu ille, *quâ cauſa omnia adducta ſint ad dam: ut in omnibus videret, ex utroq ſexu ſubſtantiam conſtare naturæ, id eſ ex maſculo & fœmina, & ipſe uſu exe ploque cognoſceret, neceſſarium ſibi co ſortium mulieris adjectum.*

XIIX. Quintum argumentum: *Ad ædificata fuit uxor. At non exſurgit n que abſolvitur tàm cito ædificium, ut h bitari poſſit illo eodem die, quo ædifica incipitur. Ita neque ædificatam concip Evam eò perfectionis & ætatis provecta quâ nubilis & habitabilis eſſe potuit, il eodem die quo extracta fuit ex coſtâ Ad mi,* l. III c. III. Hæc ratio evincere v detur, Evam ſexto die non fuiſſe cond

tan

am; ſed revera nullam vim habet,quia ›ductio illa Evæ per infinitam Dei po· ıtiam facta eſt,qui *poteſt agere ſine tem·'e*,juxta A.l.III.Syſt.Theol.c.II.Bene Auguſtinus l.XII.de Civ.Dei c.XXIII. *m Deus virum terreno formaſſet ex lvere,etiam conjugem illı ex ejus latere e detracto fecit,ut Deus.Neq; enim hæc rnalı conſuetudıne cogıtanda ſunt, ut lere ſolemus opifices ex materıâ quâcun-e terrenâ corporalibus membris, quod tis induſtria potuerunt fabricantes:ma.s Dei potentia Dei eſt,qui etiam viſibi.ı inviſibilıter operatur.Sed hæc fabuloſa tius quàm vera eſſe arbıtrantur,qui vir.ıtem ac ſapientiam Dei ex his uſitatis quotidıanis metıuntur operibus:ea vero ıæ primitus inſtıtuta ſunt, quoniam non ›verunt,infidelıter cogitant.* Non debuit ·go A. in *ædificandı* voce metaphoricâ l vivum reſecanda, tanquam ſi propria ſet, ita inutiliter immorari; ἀνθρωποπάθειαν & metaphoram omnes interpre-:s hic agnoſcunt, ad quam non re-uiritur, ut ædificatio Evæ, Deo attribu-ı,in omnibus conveniat cum actu ædi-ıcandi propriè ita dicto, ſed ſufficit, ſi n uno ſaltem ratio ſimilitudinis inter ›roductionem Evæ, & ædificationem ›ropriè dictam exprimatur, quæ ſalvo a· iorum judicio in eo nobis conſiſtere

videtur, quòd Eva non ex nihilo, aut generationem naturalem, sed per arti osam Dei operationem sit formata. I git A. *adde quod Eva figura fuit mys Ecclesiæ; ædificatam rursus intelligi Ecclesiam, quemadmodum ædificatam gimus Evam. Quibus autem sive gradi sive ætatibus, sive temporibus crev Ecclesia Dei, videre est apud Ezech.* c Verum ex typis & figuris quæstio efficaciter & necessariò confirmari potest: cum enim sensus ex figuris titus, præsertim si ex ipsâ Scripturâ bis certo non liqueat, incertus sit, & cujusque ingenio & cerebro fingi pos hinc sane consequitur, ad facti proba nem nullam figuram adducendam e verum oportet, ut evidentibus testin niis demonstretur. Deinde posito, Ev fuisse figuram Ecclesiæ, tamen neque argumentatio A. ad fulciendam ist assertionem, quasi Eva ab infantiâ ac dultam ætatem paulatim creverit, ull vim atque robur habet, quia tertium lud comparationis nec totidem verb nec discursu quodam & facili con quentiâ ex Scripturâ deduci potest, qu tamen omninò necesse est, ut dixim supra cap. II. n. VII. Denique negam etiam, Evam Ecclesiæ figuram fuis propterea quòd opinio illa expressis Sc

ptu

turæ verbis ab A. nondum probata sit, nec firmitatem ullam habeat. Atque sic testimonia omnia, ex primis Geneseos capitibus deprompta, quibus distinctionem suam inter creationem universalem Gentium omnium, & formationem particularem primi hominis Judæi, A. probare voluit, excussimus, nihilque minus velle ostendimus, quam quod ille intendit. Eam falsam esse, & præter omnem Scripturæ Sacræ auctoritatem statui, vel ex eo solo constat, quod nullus omninò Scripturæ locus hactenus ab A. allatus sit, in quo formationis illius particularis expressè mentio fiat; & rationibus ac testimoniis, pro eâ citatis, nihil omninò solidi insit, ut dilucidè (nisi valde fallimur) monstravimus. Quod si causam vincere velit, necessum est, ut distinctionem illam validioribus argumentis muniat: alioquin oleum & operam perdiderit, nihilque amplius superest, nisi ut distinctionem eam, ab ipso primum inventam, penitus exsibilemus. *Differentiam fuisse inter formationem Adami & ædificationem Evæ, quæ recensentur capite 2. Geneseos: & creationem hominum, quos creavit Deus masculum & fœminam, quæ recensetur capite 1. Mosis ejusdem*, quod A. sub finem cap. 11. ex superius à se dictis infert, non nisi eo

 sensu

sensu admitti potest & debet, quòd M
ses creationem primorum hominum
capite primo Geneseos breviter tantù
indicare, & in capite secundo eandem h
storiam retexere, & universum creation
humanæ ordinem fusiùs memorare a
que explicare voluerit. Vide supra
III. n. XI. & XII. ubi in eundem sensu
latius disseruimus.

XIX. Nunc pergimus ad c. IV. in qu
A. *persequitur, quod superest historiæ A
damicæ*, & aliquot loca ad inducendo
Præ-Adamitas ex quarto & quinto capit
Geneseos allegat, quæ sigillatim jam vi
debimus, & quid in recessu habeant, ex-
pendemus I. *Postquam peccavit Ada-
mus, timuit, eo quod nudus erat. Fecitqu
Dominus Deus Adæ & uxori ejus tuni-
cas pelliceas, & induit eas. Tunicas nem-
pe ex pellibus occisarum animantium
qualibus indui consuevisse homines illius
temporis credibile est. At enimvero, quis
non inde conjiciat fuisse tempore eodem
coriarios, alutarios & pelliones.* Sed pri-
mò unde probabitur, quibusque argu-
mentis demonstrabitur, tunicas illas fu-
isse ex pellibus occisarum animantium?
quasi verò Deus pro omnipotentiâ suâ
infinitis modis aliis, protoplastis pelles
procurare non potuerit; rectissimè enim
sapiens Aben Esra in comment. ad Gen.

III.

ı. 21. poſt recenſitas varias Ebræo-
n ſententias, cujus generis & unde
lles iſtæ deſumptæ fuerint, hoc modo
ibit: ואין לנו לבקש בזאת
רק נאמין שהשם עשר
לאדם גם לאשתו כתנו
עור ומי ימלל גבורותיו ו
יספר מעשיו ונפלאותיו א
חקר· לגדלו *non eſt nobis in hoc*
*quirendum, tantum credamus Deum*
*ciſſe Adamo & uxori ipſius tuni-*
*ıs pelliceas. Et quis eloquetur vir-*
*ıtes ejus? quis enarrabit opera & mira-*
*lia ejus? neque eſt inveſtigatio magnitu-*
*nis ejus?* Deinde poſito, pelles mactа-
ırum beſtiarum in veſtium humanarum
ſum fuiſſe adhibitas, quâ ratione credibi-
: nobis faciet & oſtendet, talibus pellibus
ccifarum animantium homines illius
emporis indui conſueviſſe? Et quia hcc
ertis ſolidiſque argumentis non demon-
trat, audacem ſe & temerarium conjecto-
em prodit, imò omnibus prudenti-
ous & cordatis Chriſti fidelibus exſi-
ılandum ſe propinat. Adhæc quis ſa-
ıæ mentis lector rectè, verè & pru-
denter ex hoc loco conjiciat, fuiſſe tem-
pore eodem coriarios, alutarios & pellio-
nes, cùm diſſertiſſimè in textu ſcriptum
ſit, Dominum Deum tunicas illas

 homi-

hominibus primis vestiendis paravisse, ofdemque vestitu pelliceo induisse: an lapsum verò ambo nudi fuerint Gen. 1 25. & simul atque de arboris vetitæ fruct comedissent, statim pudore nuditat consuerint folia ficus, & subligacula sil fecerint Gen. III. 7. Non est autem ve risimile, foliis ficus nuditatem suam ol velaturos fuisse, si artificium, pelles i vestium humanarum usum concinnan di, eo tempore cognitum fuisset. II. *D visit Adamus bona sua filiis suis adulti Quod fieri solet inter homines civili jur utentes. Terras scilicet arandas ded Caino Adamus; oves pascendas Abelo. E rat ergo tunc temporis, Meum & Tuum Quale fuit & est in societate hominum, longissimis temporibus bene & legitim instituta.* Verùm hæc argumentatio n probabilitatem quidem habet, & proce dit à genere ad speciem affirmativè, quod vitiosum esse supra diximus: etsi enim Adamus filiis suis certas terræ partes di spertivit, & cuique quam ille posterique ejus colerent, attribuit, minimè tamen inde sequitur, qualemcunque illam rerum distributionem à longissimis temporibus fuisse institutam. Fingamus cum A. homines primæ creationis ubique terrarum conditos, fuisset ibi utique meum & tuum, fuissent certi habitationis termini

ii unicuique à supremo omnium re-
a Domino positi atque assignati, ha-
isset unusquisque suam domum, ju-
nta, uno verbo, proprium possedis-
; illa tamen bonorum proprietas &
tinctio dominiorum, prima & origi-
ria tanquam in primæva mundi ætate
isset, non verò talis, qualis est à longis-
nis temporibus instituta. Idem hic lo-
asserendum est de partitione rerum in-
: Cainum & Abelum, quæ tunc in ex-
dio fere proprietatis statim à mundo
ndito prima fuit, utut hodie & post
ngissimum temporis tractum ejusmodi
quisitio & possessio proprii in usu &
onsuetudine hominum non amplius
osita sit. Fortassis error A. inde oritur,
uòd possessionem proprii duntaxat, ut
odie ante oculos nostros versatur, con-
ipit & de eâdem disserit, neque vim &
aturam ejus præcisè mente suâ comple-
titur; ut proinde hoc audax A. nugatum
it, quod ex Genesi nullâ specie deduci
potest.

XX. III. *Fuit Cainus agricola. Qui dicit Aratoriam artem, multas alias supponit artes: & qui dicit Agricolam innumeros fere præsupponit artifices. At si nulli præter Cainum agricolam fuere tunc temporis artifices: maximus sane fuit ardelio Cainus. Ergo sibi solus fodit fer-*

*rarias; fornaces excitavit, sibi incude & malleos fabricavit, & alia ferramenta, quibus vomerem cuderet & procudret, secures sibi acuit, quibus cæsæ arbres formas acciperent vel aratri, vel rastr vel plaustri, vel ceteri id genus.* Ita qui dem A. hæc ex verbis Geneseos citat deducere vellet, sed non deducit solidè primò enim non constat, nec unquar probari poterit, terram tum tempor ferramentis à Caino fuisse proscissam quin potiùs contrarium Scripturæ mag consentaneum est, dicitur enim de Tuba Cain Gen. IV, 22. quòd fuerit *acuens* siv acutè expoliens *omne opificium æris &* *ferri*, atque adeo instrumenta ferraria opificio fabrorum accommodata excogitaverit. Onkelos רבהון דכל-ידעי עבירת נחשא ופרולא *magister &* *dux omnium scientium opificium æris &* *ferri.* Vulgatus: *malleator & faber in* *cuncta opera æris & ferri.* Josephus L. I. A. J. c. III. Θόβελος χαλκείαν πρῶτος ἐπενόησε *Thobel ærariam primus commentus* *est.* Neque ullum dubium est, quin experientia hominum seculis sequioribus antiquissimæ omnium agricolandi arti quàm plurima adjecerit, quæ primis mundi incolis fuerunt ignorata, prorsus uti in omnibus omninò artibus observare licet. Deinde posito, artem vomere

ter-

ram arandi Caino cognitam & perspe-
am fuisse, potuit ille artes eas vel à
tre Adamo, insigni agricola, discere,
l primus invenire, & ad eas excolen-
s necessitate quâdam adduci, hinc
sephus L. 1. A. J.c. 111. Κάϊς γῆν ἀρῶν
ενόησεν πρῶτος, *Cain terram arare pri-
us excogitavit.* Porro ineptit, quando
ainum ardelionem vocat; multum e-
m differunt ardelio, qui omnibus ne-
otiis, nihil ad se pertinentibus, citra
lam necessitatem & ex merâ curiosita-
se immiscet, & artium vitæ humanæ
rorsus necessariarum inventor & exco-
itator. Idem usu illi venit, quando ex
osoluta præmissâ infert conclusionem
xclusivam, quam argumentandi ratio-
em si legitimam esse existimat, sine
mni dubio falsus est. Quòd si dicere-
nus, nullos omnino homines tunc tem-
oris in rerum naturâ extitisse, haberet
peciem fortasse aliquam A. argumenta-
io; id verò nos non asserimus, sed mo-
dis omnibus impugnamus, nec dubita-
nus, Adamum & Evam in tam perfectâ
& ad generandum validâ ætate, præter
Cain & Abel alios liberos generasse, qui
parentes & fratrem in agricultura adjuve-
runt. Reliquas rationes A. utpote leviuf-
culas præteriri satius forte fuerit, & nesci-
mus an seriû examen mereantur, ut dum

pro magno absurdo habet: *Fuit ergo Cai-nus solus, arator, messor & pistor*; qua[m] verò implicet & fieri nequeat, ut unus [i]demque numero homo simul arator messor & pistor sit, cùm ejus rei exempl[a] satis obvia sint. Item: *nobilissimum omni[-]um hominum, qui referebat Deum avun[culum] & terram aviam; deputatis fuit ad fer-rarias & lapidicinas, vel in pristinum a[d] tundendas segetes*: Atqui (ut liceat verb[a] A. hîc παρῳδεῖν) nobilissimus hominum non Cain fuit, sed Adamus, cui Deus non avus sed pater; Terra non avia, sed ma-ter fuit, & tamen eidem in ipso etiam sta-tu innocentiæ agricultura à Deo injuncta fuit. *Tulerat Deus Adamum ante pecca-tum in Paradisum, ut operaretur cultura[m] Paradisi. Ergo ut vereteret & exercet ter-ram Paradisi, ante peccatum, & in labo-ribus ex eâ comederet: sicut terram vertit & exercuit, & in laboribus ex ea vixit post peccatum*, ut A. loquitur l. 1. Syst. Th. c. 111. Quæcunque igitur absurda e-licit ex eo, quod Cain agricola dicitur, eadem de Adamo ut asserat necesse est.

XXI. IV. *Veniamus ad Abelum, Scri-ptum est, fuisse pastorem ovium. Atqui Pastor ovium, idem est qui custos ovium. Pascebat & custodiebat Abelus oves suas. Sed quare custodiebat illas Abelus? Quos fures timere debuerat, præter patrem,*

*matrem*

*rem & fratrem ; si nulli præterea fu-*
*t homines in terris? Ab lupis autem*
*eris rapacibus, quæ gregem suum in-*
*ssent, plus Abelo ipsi, quam ovibus suis*
*endum fuisset : ne in ullum scilicet, ne-*
*ctis ovibus, insurrexissent.* Verùm
um est, omnem pastorem esse custo-
n ovium : vetus enim pastor est, eique
cio satisfacit, qui oves suas idoneis
nporibus ad præsepe, & ad pascua du-
, qui in tuguriis herbidis eas facit accu-
re, & ad aquas quietas deducit, ut Da-
d loquitur Psalm. XXIII. 2. qui gregem
um pascit, agnellos suos congregat, &
aviter ducit, ut Esaiæ verba ex c. XL. 11.
ac accommodemus : ex quibus satis
onstat, ad pastorem ovium præcisè ne-
essarium non esse, ut simul custos sit:
ingamus pastorem ovium in statu inno-
entiæ constitutum, illi quidem certè à
estiis, etiam valentissimis & ferocissimis
imendum non esset, quia id temporis
omini innoxia essent & subjecta; multò
ninùs homines timorem ipsi incuterent,
nalive quippiam inferrent; esset itaque
verè & propriè pastor, non tamen custos,
ut rursus manifestum sit, falsam esse pro-
positionem illam : De quocunque dici-
tur, quòd sit pastor ovium, de eo etiam
affirmandum est, quòd sit custos ovium.
Posito autem, Abelum etiam ovium sua-

rum custodem fuisse, infirma tamen
consequentia: Abelus custodivit sua
ves. Ergò ab hominibus sive furib
custodire enim potuit à lupis & feris
pacibus aliis; neque verò Abelus ab
sibi timere debuit, habent enim opi
nes sua tabernacula, septa, tuguria,
quibus à ferarum rapacium vi atque
cursu tuti sunt, & bestias illas ab ovil
arcent. Pertinet huc, quod in capitu
R. Elieseris cap. xxi. legitur; *Canis,*
*custodiebat gregem Abelis, tutatus*
*illum adversus omnem feram agri, &*
*lucrem cœli.* V: *Verisimile porro est Ad*
*mum degisse tunc temporis vel in pa*
*circumsepto, vel in oppido muris cinct*
Sed unde hoc habet A. à Genesi cer
non habet, in quâ oppidi, muris cinct
& pagi circumsepti nullum plane vest
gium apparet. Videamus tamen, qu
modo hanc suam verisimilem sentent
am, aut ut rectius loquamur, vanam d
vinationem probare satagat; dicit au
tem; *Postquam enim certum fixum*
*que fuit in animo Caini infandum i*
*lud, quod meditabatur, facinus, dixi*
*ad Abelum fratrem suum; egredia*
*mur foras. Quod denotat, Cainum &*
*Abelum conclusos fuisse, vel intra sept*
*vici cujusdam, vel intra muros cujusdam*
*oppidi.* Leguntur quidem verba illa in
versio

ersione Latinâ, non autem in textu E-
raico, ubi præcisè dicitur; *locutus est Cain
um Abel fratre suo*; quid verò dixerit,
mittitur. Quos veritatis Ebraicæ fontes
ios cum eruditissimis quibusque sequi
nalumus, quàm insipidæ Latinæ versio-
iis rivulos. Et quamvis jam olim etiam
empore Hieronymi versio Samaritano-
rum verba illa, *egrediamur foras*, legerit,
superflua tamen esse ex his liquet, quæ i-
psemet Lib. Traditionum Ebraicarum in
Genesin, hunc ipsum locum tractans, scri-
bit: *superfluum est, quod in Samaritano-
rum & nostro volumine reperitur, transe-
amus in campum.* Neq; sententiam A. ad-
juvant, quæ statim subjungit: *Intra quæ
septa, vel intra quos muros tenuit Cain ap-
prehendi, & obtorto collo rapi in carcerem,
si palam & in conspectu vel paganorum vel
civium*, aut potius patris, matris, fratrum,
sororum, *occidisset fratrem suum. Inter-
fecitque eum, cum essent in agro, qui oppo-
nitur urbi*, Imò interfecit eum non domi,
sed extra ædes paternas, in aperto rure sive
campo, ubi nullus esset necis testis & con-
scius, quive conatu Caini interrumperet,
ipseq; fratricidium mendacio tegere pos-
set. VI. *Supplicia tempore illo malefactis
decreta hinc apparet; quod Deus Cainum
alloquens hæc illi dixit: nonne si bene ege-
ris recipies; sin autem male, statim in foribus*

pec-

*peccatum adest? In foribus, id est, in portis. Notum enim est, judicia apud Orientales exerceri solita in portis. Significaba autem Deus Caino, si male ageret, rapiendum ad judices, qui pœnas sceleris sui ab eo reposcerent.* Scimus quidem nec diffitemur, seculis posterioribus in urbium Judaicarum portis conventus fieri, & judicia exerceri solita fuisse; at tum in textu Ebræo vox שער est, non פתח, qua januam sive ostium significat, quemadmodum omnes, vel aliquam saltem Linguæ Ebraicæ notitiam professi, sciunt. Atqui Moses usus est nomine פתח januæ sive ostii, unde apparet, hunc locum ineptè ad judicia, in portis haberi solita, referri. Imo tempore Adami conventus juridicos in portis habitos fuisse, vanissimum figmentum est, quod nemo unquam probaverit, nemo etiam facile crediderit.

XXII. VII. *A quibus latronibus acceperat Cainus ensem, quo verteret sanguinem Abeli fratris sui?* Stolida quæstio; prius enim probandum erat, eo instrumento Abelum trucidatum fuisse, & tum demum quæstioni illi locus fuisset. Ejus certè generis necem A. ex textu nunquā solidè evincet, cùm saltem in genere historicus referat, Cainum interfecisse fratrem suum; quod vero trucidationis instrumentum

ıtum fuerit, ſilentio involvit. Vide-
; tamen curioſam hominum inquiſi-
ıem eò uſque proceſſiſſe, ut inveſti-
erint, & quaſi certò compertum habe-
t, ſcripto etiam prodiderint, cujus ge-
is inſtrumentum illud fuerit. Para-
aſtes Chaldæus Jonathan putat fuiſſe
idem, inde locum illum ita tranſtulit:
וטבע אבנא במצחיה וקטלו *&*
*pegit lapidem in frontem ejus & inter-*
*it eum.* Simillima tradit R. Elieſer in
פר c. XXI. *Accepit lapidem, & impe-*
*t in frontem Abelis, juxta illud; Inſur-*
*ns Cain in Abelem fratrem ſuum, inter-*
*ẗit eum.* Pictores fratricidii hujus hiſto-
am in picturâ repræſentantes, Cainum
arricidam clava inſtructum nobis exhi-
ent. Irenæus l. IV. c. VII. falcem; Pru-
entius, in præf. Hamartigenias, ſarculum
ıominat, ita enim ille canit,

*Fratres ephebi, foſſor & paſtor, duo,*
*Quos fœminarum prima primos pro-*
*creat,*
*Siſtunt ad aram de laborum fructibus.*
*Armat deinde parricidalem manum*
*Frater, probatæ ſanctitatis æmulus;*
*Germana curvo colla frangit ſarculo,*
*Mundum recentem cæde tinguit impia.*

Alii aliter. Verùm merito has ſententias
eaſque ſecutos deridet ſapiens Aben Eſra
in comment. שואליהם נולדו ביום
סנגריך

ריר ישאלו איך הכהו ואין חרב
זרת שאלת תוהו כי יהרגהו
ין בחנק ואלף עץ ואבן נמצאים
*interrogatores qui in die imbris nati si*
(intelligit autem homines, qui se sec
dunt, & sub tecto continent, adeoque
hil serii, quod agant, habent) *quærer*
*quomodo illum* (Abelem) *percusserit*, ((
in) *cùm tamen gladius nondum fuerit?*
*rum hæc quæstio inanis est, quia interfic*
*re eum potuit manu suà stranguland*
*adhæc mille ligna & lapides in mundo*
*rant. IIX. Quos timuit Cainus postqua*
*intellexit palam esse, quod patraver*
*fratricidium?* S. Ambrosius l. II. de C
in & Abel, c: IX. in hunc modum respo
det: *Potuit quidem & incursus bestiaru*
*timere, qui legis divinæ jura violavera*
*nec præsumere de subjectis animalibu*
*cæteris, qui hominem docuerat occid*
*Potuit & parentes timere, qui docuera*
*parricidium posse committi. Potuerun*
*enim & parentes de filio discere, quo*
*didicerant posteri de parente.* An judi
cia & præfecturæ Juridicæ tunc tempori
fuerint, incertum est: certum tamen
historiam fratricidii accidisse מקץ
ימים *post finem dierum* Gen. IV. 3
hoc est, post quam plurimos annos,
postquam ambo fratres jam viri facti, &
homines multiplicati essent, quos Ca-
in,

ratricidii sibi conscius, fugit, & ti-
: ne quis ipsum inveniret, & talione
nerentem occideret. Præterea cùm
mus anno centesimo & trigesimo Se-
m genuerit, Gen. v. 3. cædes autem
:li paulò ante nativitatem Sethi con-
:rit, quemadmodum ex verbis Evæ
1. IV. 23. existimari potest, & paulò
t ostendetur; rursus manifestum est,
illos centum & triginta annos homi-
m genus multis modis augeri & di-
:rgi potuisse, quòd eo minùs mirum
deri debet, quò certius est, Israëli-
; in Ægypto spacio ducentorum &
iindecim annorum ex paucis viris,
:mpe septuaginta maribus, ad nume-
im sexcentorum millium, eorumque
matorum excrevisse. Illos igitur fratri-
da timuit, non judices, sicut ex ipsius
erbis liquet, quando ait: *omnis qui in-*
*eniet me, occidet me.* Reliqua, quæ
A. subjungit, tanti non sunt ut de illis
nxiè nobis laborandum sit, paucis ta-
men videbimus. *Notari*, inquit, *di-*
*gna sunt verba ipsa, quæ cum Deo habu-*
*it Cainus, antequam fugeret, Eijcis me*
*hodie à facie terræ. Terra autem illa*
*intelligenda est sancta, à quâ eijcieba-*
*tur Cain.* Resp. uti alias A. solenne
est, in Sacris literis exponendis ridicu-
lè nugari, ita profectè hic ejus rei lucu-
len-

lentum exemplum habemus: constat
nim terram Canaan multis demùm p
seculis sanctam denominatam fuisse. I
faciem terræ intelligitur citra omne c
bium locus ille, quo natus & educatus
erat, quoque ante patratam cædem Cai
una cum Adamo, Eva, Abel reliquisq
qui tunc fuerunt; uti licebat; locus a
tem ille & terra erat in Mesopotamiâ, 
ipse A. non negat, quam sanctam voc
tam fuisse nullibi legimus. *Et ero vag*
*in terrâ. Terra rursus illa intelligenda e*
*peregrina & gentilitia, ad quam effugie*
*bat, & in quâ vagaretur, ut sedem in ill*
*quæreret.* Sed neque hæc interpretatio
vel probabilitatis umbram habet, cum ni-
hil aliud significetur, quàm Cainum de-
inceps per terram vagaturum, & quoad
viveret, conspectum hominum fugitu-
rum esse. Idem placere videmus R. Sa-
lomoni Jarchio, ita enim ille verba, *vagus*
*& profugus eris in terrâ*, explicat ad Gen.
IV. v. 12. אין לך רשות לדור במקים
אחד *non poteris habitare in uno loco.* I-
dem judicium esto de expositione sequen-
ti: *Omnis qui invenerit me. Nota, in ter-
râ illâ peregrinâ & gentilitiâ*: quis enim
non videt, quàm coactè A. locum hunc ad
incolas terræ peregrinæ restringat, cum
terræ illius gentilitiæ nulla mentio hic ex-
tet, & homicida Cain in genere hæc pro-
ferat

ac timeat, ne quis ipſum, Dei præ- atque favore deſtitutum, eodemque ılicıı genere digniſſimum, inveniat & dat. *Incaſſum timuiſſet Cainus, & in ım poſuiſſet Dominus ſignum in Cai- ne occideretur à quopiam homine, ſi ıæ hominum fuiſſent terræ illæ, ad Cainus confugiſſet.* Atqui non ne- ıus homines eo tempore fuiſſe, à qui- Cain ſibi metuebat; quæ cauſa et- eſt, cur Deus ſigno eidem caverit, ne s ipſum ſive ſtudio juſtitiæ, ſive caſu erficeret. Probandum autem eſt, ho- ıes ejus ſeculi ante Adamum creatos ſe.

XXIII. IIX. Ad Joſephum provocat, i l. 1. A.J.c.111. refert, *Cainum accitis dique latrociniorum & nequitiæ ſociis, giſtrum illis ad facinoroſam vitam effe- ım.* Hic verò quærit A. *qui genus a- ıbo fuere homines & ſocii illi, quos ad rtem prædarum ſuarum undiquaque civiſſe Cainam memorat Joſephus?* Fu- unt Caini liberi, qui ipſi in terrâ exilii ıti ſunt, domeſtici & clientes, quibus in ıum coactis urbem in habitandam tra- idit, ut ex illo ipſo capite Joſephi colli- ere eſt. *Num potius Caini nepotes voca- iſſet homines illos, ſi illos Caine nepotes oſephus credidiſſet? Sed enim quia non redidit Caini nepotes, ſimpliciter vocavit*

*illos*

*illos, Caini socios vel comites.* Sed con
inepta est consequentia; Josephus Ca
socios non vocavit ejus nepotes. E
non fuerunt ejus nepotes. Deinde Jo
pho ὑπογραμμὸν figit, & quibus verbis
ti debuerit, præscribit; adhæc soli v
sioni Latinæ hæsit, textu Græco neg
cto, in quo hæc verba leguntur: π
ἡδονὴν καὶ λῃστείαν τοὺς ἐντυγχάνοντας π
καλῶν, διδάσκαλος αὐτοῖς πονηρῶν ὑπ
χεν ἐπιτηδευμάτων, *ad voluptatem & pr
dam obvios quosque adhortatus, magist
iis extitit malorum studiorum.* Obvi
ergò quosvis, & in quoscunque incidit, a
scivit, & robustam pessimorum quorum
vis manum collegit, ex suâ & fortassis e
jam ex parentis Adami familiâ. *Ite
contra quos accivit manum illam facino
sorum hominum Cainus? Anne armavisse
nepotes suos, contra suos itidem alios ne
potes? Ad quod armavisset nepotes suo
contra nepotes suos?* Verùm quàm levicu
lum est, ideò socios illos Caini nepote
non fuisse asserere, quia præsumendum
non sit, Cainum contra bonos mores com
missurum fuisse? qui tamen nec pietate
nec probis moribus præditus erat, qui ger
manum fratrem, virum utiq; innocentem
& Deo dilectum, nefaria manu intereme-
rat, *qui alioquin pessimus erat & solum lu-*

*crum*

*n ſpectabat;qui tantum abfuit,ut Dei*
*igatione vitam in melius commutave-*
*ut pejor etiam ſit factus ,ſuis volupta-*
*is vel cum aliorum injuria* μεθ' ὕβρεως
*νόντων indulgens, & facultates domeſti-*
*per vim ac rapinas accumulans: cujus*
*les,ſuperſtite etiam tum Adamo,ſcele-*
*ſſima evaſit, dum poſterior quiſque ſit*
*erior, nec ſolum imitatur priorum vi-*
*ſed & ſuperat,interim nec à bellis,nec*
*trociniis temperando : & qui cædibus*
*tinebant, alioquin avarè & ſuperbè in-*
*ſuos vivebant* , quæ omnia de eodem
ephus loco ab A. citato refert. IX.
*iam uxorem duxiſſe Cainum dicemus?*
eſp. Ex familiâ patris Adami,adeoq; ex
oribus ſuis,quæ Synagogæ & poſt eam
teris & recentioris Eccleſiæ ſententia
t, ut Judæorum, Patrum, Scholaſticorũ
hodiernorum Theologorum conſen-
s oſtendit. Ita enim in Gemara Sanhe-
in c. XVI. f. XXVI. Talmudiſtæ ajunt:
קין נשא את אחותו *Cain duxit uxo-*
*em ſororem ſuam.* Eodem ſenſu accipi-
ndus Joſephus l. I. A. J. c. III. τῆς γῆς ἐκκεί-
ης αὐτὸν ἐκβάλλει σὺν τῇ γυναικὶ, *Deus Cai-*
*um ex illâ terrâ unà cum uxore extorrem*
*acit.* Ergò ante ſoli natalis mutationem
xorem duxerit neceſſe eſt. Auguſt. l. XV.
le C. D. c. XVI. *Cùm genus humanum poſt*
*primam copulam viri facti ex pulvere , &*
*con.*

*conjugis ejus ex viri latere, marium f*
*narumque conjunctione opus haberet*
*gignendo multiplicaretur: nec essent*
*homines, nisi qui ex illis duobus nati*
*sent, viri sorores suas conjuges acceper*
*--Pater & socer duarum sunt necess*
*dinum nomina: utrumque autem unus*
*dam esse cogebatur, & filiis & filiabu*
*is, quando fratres sororesq; connubio*
*gebantur. Sic & Eva uxor ejus utriq;*
*ui filiorum, fuit & socrus & mater* I
res non adducemus, cùm in hoc pun
omnes consentiant. Excipit A. *hoc*
*potuit Cainus, quia nondum nata erat*
*lia Adamo.* Hæc verò temeraria est
sertio, nec ulli unquam, scimus; A. pe
suadebit, Adamum & Evam per id te
poris spacium filias non generavisse. P
batio autem talis est: *hoc loco Genese*
*quæ propria historia est Judæorum, nu*
*alii memorantur vel formati vel nati h*
*mines Judæi, præter Adamum, Evam,*
*Cainum. Neque dum fœminam ullam g*
*nuisse Adamum legimus.* Nos quide
concedimus, Mosen filiarum, per id ten
poris ex Adamo procreatarum, nulla
mentionem facere; desipientis tamen ho
minis est inde inferre, Adamum generat
oni fœminæ non vacavisse, nullamq; fili
ex eo prognatam fuisse, quod multis pro
baremus, nisi eo labore ipse A. nos suble

vas-

et, is enim l.IV.Syſt.Th.c. II. ſui for-
e oblitus, ejuſmodi argumentandi ra-
iem his omninò verbis rejicit: *negatur*
*ui illud, nullos fuiſſe ante Adamum ho-*
*ies, quia nulli ante Adamum nomina-*
*i leguntur in Geneſi. Conſtat enim, neq;*
*nia ſcripſiſſe Geneſin; neq; omnia negari*
*buiſſe quæ ſuppreſsit Geneſis. – At in-*
*iunt; hæc non ſcripſit Geneſis ita ſe ha-*
*iſſe. Ergo non ſunt. Verũ è contra ajo ego.*
*æc eadem non ſcripſit Geneſis vera non*
*iſſe: hæc eadem Geneſi non adverſantur.*
urſus l.v.c.v. *Quaſi vero nihil extiterit in*
*rum natura, cujus expreſsim Moſes non*
*eminerit. -- Etſi nullibi hæc dixit, nullibi*
*æc eadem negavit Moſes.* Id. nos A. reſpō-
im volumus, natas videlicet eſſe potu-
ſe fœmellas ex Adamo & Eva, etſi id di-
inus Moſes non narraverit; cujus inſti-
utum non erat, omnia, quæ tunc acta fue-
unt, literis prodere, ſed ortum ſaltem &
xitum fratrum primorum commemo-
are. Quod verò A. cenſet, *Cainum duxiſſe*
*ixorem illam ex filiabus Gentium. oriun-*
*dam ex primâ creatione hominum, quæ e-*
*narratur capite I. Geneſeos,* id ſenſu A. ac-
ceptum, hactenus inauditum, & à nullo,
cui quidem fides haberi poſſit, traditum
eſt, itaque ut prorſus fabuloſum à nobis
exploditur.

XXIV.

XXIV. X, *Cain ædificavit civita* *vocavitque nomen ejus ex nomine filii* *Henoch.* Ita eſt; at dum A. pergit & bem illam à Caino ſic appellatam ſu aſſerit, *ut diſtingueret illam ab aliis c tatibus orientalis plagæ Edeni, quæ utique habebant nomina*, conſequenti negamus, quæ nullâ ratione, ſed vani mâ A. hariolatione nititur. Rectiùs Salomo Jarchi in comm. ad h. l. ſtatu Cainum urbem à ſe conditam vocavi Hanoch לזכר בנו *in memoriam ſui*, ſive ut filii ſui memoriam aliqua relinqueret, quod vanitatis illius exer plum eſt, quam ſacer vates Pſalm. XLI 12. notat inquiens; *vocaverunt nomin bus ſuis terras*, quem locum Caini e emplo illuſtrat Jarchi, ת בהיהם
שהם בונים למען יהיה להם לזכר
נון ויקרא שם העיר כשם בנו
חנוך אנטיוכוס בנה אנטיוכיא
סליקוס בנה סליקיא: id eſt, *do mos ſuas, quas exſtruunt, ut ſui ſint mo nimentum, ſicuti* (Gen IV. 12.) *vocavit no men urbis de nomine filii ſui Hanoch, ſi Antiochus ædificavit Antiochiam, eodem que fine Seleucus Seleuciam.* Porrò quæri A. *quibus architectis & fabris urbem il lam poſuit Cainus?* Ad hanc quæſtionem accuratè reſpondet S. Auguſt. l. XV. de Civ. D. c. IIX, cujus ideò ſententiam ſuper hoc

loco

co adſcribemus. Hæc verò ejuſdem ver-
a ſunt; *nunc defendenda videtur mihi*
*ſtoria, ne ſit ſcriptura incredibilis, quæ*
*cit, ædificatam ab uno homine civitatem:*
*tempore quo non plus quàm viri quatuor*
*l potius tres, poſteaquam fratrem frater*
*cidit, fuiſſe videntur in terrâ: id eſt, pri-*
*us homo pater omnium, & ipſe Cain &*
*us filius Enoch; ex cujus nomine ipſo ci-*
*tas nuncupata eſt. Sed hoc quos movet,*
*rum conſiderant, non omnes homines qui*
*nc eſſe potuerunt, ſcriptorem ſacræ hu-*
*s hiſtoriæ neceſſe habuiſſe nominare: ſed*
*s ſolos, quos operis ſuſcepti ratio poſtu-*
*bat. Propoſitum quippe ſcriptoris illius*
*it, per ſucceſsiones certarum genera-*
*num ex uno homine propagatarum per-*
*nire ad Abraham ac deinde ex ejus ſe-*
*ne ad populum Dei. --Cùm igitur ſcri-*
*ura divina, ubi & numerum annorum,*
*os illi homines vixerunt, commemorat,*
*concludat, ut dicat de illo de quo loque-*
*tur, & genuit filios & filias, & fuerunt*
*nes dies illius vel illius, quos vixit, anni*
*& mortuus eſt, nunquid quia eoſdem,*
*os & filias non nominat, ideò intelligere*
*n debemus, per tam multos annos, qui-*
*s tunc in ſeculi hujus primâ ætata vi-*
*bant, naſci potuiſſe plurimos homi-*
*, quorum cœtibus condi poſſent et-*
*n plurimæ Civitates. - - - Quod*

*igitur scriptum est. Et cognovit Ca*
*uxorem suam, & concipiens pep*
*rit Enoch, & erat ædificans civitate*
*in nomine filii sui Enoch: non est quide*
*consequens, ut istum primum filium gen*
*isse credatur. Neq; enim hoc ex eo putand*
*est, quia dictus est cognovisse uxorem sua*
*quasi tunc se illi primitus concumben*
*miscuisset. Nam & de ipso patre omniu*
*Adam non tunc solum hoc dictum est, quã*
*do conceptus est Cain, quem primogenitu*
*videtur habuisse, verum etiam posterius*
*adem Script.: cognovit, inquit, Adam u*
*xorem suam, & concepit & peperit filium*
*& nominavit nomen illius Seth. Unde in*
*telligitur ita solere illam scripturam l*
*qui, quamvis non semper, cum in ea leg*
*tur factos hominum fuisse conceptus, no*
*tamen solùm, cum primùm sexus uterq*
*misceretur. Nec illuc necessario argumen*
*ut primogenitũ patri existimamus Enoc*
*quòd ejus nomine civitas illa nuncupat*
*est. Non enim ab re est, ut propter a*
*quam causam, cùm & alios haberet, dil*
*geret eum pater cæteris amplius. Neq*
*enim & Judas primogenitus fuit, à quo*
*Judæa cognominata est & Judæi. Sed e*
*jam si conditori civitatis illius iste filiu*
*primus est natus, non ideò putandum e*
*tunc à patre conditæ civitati nomen eju*
*impositum, quando natus est, quia n*
*con*

*nſtitui tunc ab uno poterat civitas, quæ*
*ihil aliud eſt quam hominum multitudo,*
*'iquo ſocietatis vinculo colligata: ſed cùm*
*'ius hominis familia tanta numeroſitate*
*eſceret, ut haberet jam populi quanti-*
*tem, tunc potuit utique fieri, ut & con-*
*tueret, & nomen primogeniti ſui, con-*
*tutæ imponeret civitati. Tam longa*
*uippe vita illorum hominum fuit, ut illic*
*emoratorum, quorum & anni taciti non*
*nt, qui minimum vixit ante diluvium,*
*l ſeptingentos quinquaginta tres perve-*
*ret. Nam plures nongentos annos etiam*
*anſierunt, quamvis nemo ad mille per-*
*nerit. Quis itaque dubitaverit, per u-*
*us hominis ætatem tantum multiplicari*
*tuiſſe genus humanum, ut eſſet, unde*
*nſtitueretur non una, ſed plurimæ civita-*
*s? Quod ex hoc conjici facillime poteſt,*
*ia ex uno Abraham non multò amplius*
*adringentis annis numeroſitas Hebrææ*
*entis tanta procreata eſt, ut in exitu e-*
*ſdem populi ex Ægypto ſexcenta millia*
*minum fuiſſe referantur bellicæ juven-*
*tis, ut omittamus Gentem Idumæorum,*
*n pertinentem ad populum Iſrael, quam*
*nuit frater ejus Eſau, nepos Abrahæ, &*
*ias gentes natas ex ſemine ipſius Abra-*
*e, non per Saram conjugem procreatas.*
æc omnia eo in loco S. Auguſtinus ha-
t, ad quem & Ludov. Vives ſequen-

tem historiam annotat: *Fuit memori*
*patrum vicus penè centum domorum i*
*Hispaniâ, cujus omnes incolæ erant è sen*
*quodam, qui adhuc vivebat, progeniti,*
*ta ut propinquitatis nomen jam deesset*
*quo à minimis nata vocaretur, lingua e*
*nim nostra supra abavum non ascendi*
Confer August. ib. c. IX. XI. XIV. & l. I. qu
super Genesin, item Mornæum de ver
tate Rel. Christ. c. XXVI. Ex his satis supe
que constat, quibus non saltem architect
& fabris urbem illam Cainus posuerit
sed & *quibus civibus eam composuerit*,
non necesse sit, diutius his immorari
expressè enim Josephus l. I. A. J. cap. II
Ὅρυς γῆς πρῶτος ἔθετο, καὶ πόλιν ἐδείματο
καὶ τείχεσιν ὠχύρωσεν εἰς ταυτὸ συνελθεῖν τ
οἰκείους καταναγκάσας, *primus agrorum*
*nes fixit, urbemque extructam & com*
*munitam coactis in unum domesticis &*
*clientibus inhabitandam tradidit.* Pauc
interjectis de Lamecho, septimo ab A
dam, locus addit: ᾧ παῖδες ὑπῆρξαν ἑπτ
καὶ ἑβδομήκοντα, ἐκ δύο γυναικῶν αὐτῷ φύντ
*qui liberos septuaginta & septem habui*
*ex duabus uxoribus natos*: ergo & hi
familiam Caini pertinuerunt, ac sine
mni dubio civitatem, à Cain ædificata
inhabitaverunt.

XXV. XI. *Orbus erat tunc temp*
*ris Adamus, Abelus occisus erat, Ca*
*n*

*is effugerat.* Si hoc ita intelligit A. uod post Abeli necem Adamus omninus liberis orbus ac prorsus ἄτεκνος fuerit, id certò se scire dicit, apertè mentitur.

*Et genuit deinceps Sethum Adamus, quem ut peperit Eva, dixit Adamus;* Sed hanc interpretationem scriptura Ebraica manifestò excludit: etsi nim verbum *dixit* Latinè ambiguam elationem habet ad Adamum & Evam, braicè tamen nulla potest esse ambiguitas, quia ponitur in fœminino genere ותקרא, & necessariò ad Evam referendum est. Eva igitur, non Adamus nomen filio imposuit, ejusque rationem his verbis exposuit: *quia posuit mihi Deus semen aliud pro Abelo, quem occidit Cainus. Quibus verbis palam* esse licit A.*nullum aliud semen, nullam aliam propaginem suffectam fuisse Adamo in locum Abeli, nisi trigesimo & centesimo ætatis suæ anno:* Resp. Ex his verbis plus nferri non potest, quàm Adamum post necem Abeli, à fratre patratam, nullam sobolem aliam quàm Sethum sustulisse, & Sethum in locum Abeli interfecti protoplastis à Deo immediatè substitutum fuisse. Si enim inter Abeli mortem & Sethi nativitatem alius ex Eva genitus fuisset, non in Sethum sed alterum illum id nominis convenisset, quòd loco Abeli à

Deo repositus fuisset. Concedimus igi tur Sethum paulo post necem Abeli na tum fuisse: quis tamen in animum indu cat, Adamum inde ab ortu Abeli usqu ad ejusdem mortem & Sethi nativitaten per annos centum & triginta à generatio ne sobolis abhorruisse? cùm *filios & filia genuisse*, id est, numerosam sobolem su scepisse legatur Gen. v. 4 quod A. citr ullam rationem sufficientem ad tempora nativitatem Sethi subsecuta, restringit cùm nihil obstet, quo minùs ad annos an teriores extendatur, quod jam olim S Augustinus etiam observavit, hinc l. xv de Civ. Dei c. xv. scribit: *Porrò Seth quando natus est, non quidem taciti sun anni patris ejus, sed jam genuerat alios & utrum solos Cain & Abel, affirmar quis audeat? Non enim quia soli nomina ti sint propter ordines generationum, qua commemorare oportebat, ideo consequen videri debet, solos tunc fuisse generatos ex Adam. Cum enim silentio coopertis omniu nominibus cæterorũ, legatur eum genuisse filios & filias, quota fuerit ista proles ejus, quis præsumat asserere, si culpam temeri tatis evitat.* Adde quæ numero præce dente in hanc sententiam ex eodem Au gustino attulimus. Ratio autem, quòd Adam ab Abel usque ad Sethum nullos alios liberos genuerit, hæc est: *facti sunt*

dies

*ies Adami, poſtquam genuit Sethum, ſtingenti anni, genuitque filios & filias. Quod dixiſſet haud dubiè de tempore illo, quod interelapſum erat ab Abelo ad Sethum, ſi per illud tempus vel filios vel filias genuiſſet Adamus. Quia vero neque illos neque illas intra illud tempus genuit, ideirco dixit Adamus genito Setho, poſuit mihi Deus ſemen aliud pro Abel, id eſt, ſubſtitutus eſt mihi Sethus in locum Abeli mortui.* Verùm hæc perquam levia ſunt, argumentatur enim A. ab auctoritate negativè hoc modo: Geneſis non dicit, Adamum ab Abel uſque ad Seth genuiſſe filios ac filias, atque inde infert; Ergo Adamus eo tempore filios ac filias non genuit: quæ argumentationis forma quàm nullius roboris ſit, jam tùm ſupra ex ipſo oſtendimus. Et quis ferret ita argumentantem: Moſes non dicit, Adamum habuiſſe præcordia, Evæ inſpiratam fuiſſe animam, Paradiſum in terra fuiſſe plantatum. Ergò Adamus non habuit præcordia, Evæ non inſpirata fuit anima, paradiſus non fuit in terra plantatus. Conſimili ratione poſſet quiſpiam negare, Cain & Abel ad ſimilitudinem Adami generatos eſſe, & ita argumentari; dixit Moſes Gen. v, 3. de Setho, *Adam genuit filium ad imaginem & ſimilitudinem ſuam.* Quod haud dubie dixiſſet & de Cain at-

que Abel, si Adamus eos ad imaginem & similitudinem suam genuisset: quis tamen illos ad similitudinem Adami genitos fuisse inficiari ausit, cùm *geniti fuerint ad imaginem organorum & functionum omnium corporis & animi, quæ fuerunt in Adamo adulto; cum habuerint intellectum ad imaginem intellectus, qui fuit in Adamo, rationem ad imaginem rationis quæ fuit in Adamo, voluntatem ad imaginem voluntatis quæ fuit in Adamo peccatricem scilicet & propensam ad peccatum, &c.* quemadmodum A. locum illum explicat in Excerc. c. VII. Quam igitur infirma hæc argumentatio sit, ita liquet. Æquè improbabilis est & altera, quam ex Gen. IV. 25. nectit: nec enim verba illa, *posuit mihi Deus semen aliud pro Abelo*, important, Adamum ante generationem Sethi neque filios neque filias generavisse, ut perperam A. existimat, sed hoc tantum significant, alium filium continuò in locum occisi Abeli protoplastis à Deo fuisse suffectum ut paulò ante itidem monuimus.

## *CAPUT QUARTUM.*

ATque ita argumenta A. omnia, ex sacris literis petita vidimus, & simùl quàm infirma & invalida ad inducendos homines ante Adamum conditos fuerint,

quàm

ıàm parvo item negotio ſolvi poſſint, ıunde ſatis oſtendimus: reſtat nunc, ut ıoniam A. *his ratiociniis ſacris gentilium ſorum monumenta adnectere lubet*, ıacis itidem expendamus, an ex iis ɩρά δοξον ſuum ſolidè demonſtrare vale-. Hic verò ſtatim in genere notandum t, quòd gentiles de origine mundi & ımorum hominum nihil omninò certi oferre poſſint: ratio enim ſibi relicta, & tra lumen ſupernaturalis revelationis dinæ ſpectata, certò & infallibiliter deterıinare non poteſt, quo tempore, anno, ıenſe mundus inceperit. Argumentaıur enim in hunc modum: Nullus artiılus fidei ex ratione & naturâ cognoſci oteſt. Atqui mundum in tempore creaım eſſe, eſt articulus fidei. Ergo munum in tempore creatum eſſe, ex ratione naturâ cognoſci non poteſt. Minor cclesiæ Catholicæ dogma eſt. Major robatione fere non indiget, repugnat eim articulum fidei ex naturâ probari oſſe, cùm ſolâ Dei revelantis auctoriıte nitatur, & ſuper omnem captum umanæ rationis poſitus ſit. Si verò ex aturâ & ratione probari poſſet, natura otus, & ſic articulus fidei non eſſet. Nemini igitur id mirum videri deet aut poteſt, ſi pagani in eo dogıate hallucinati ſunt, ſi *Socrates furio-*

*sos pronunciavit illos, qui de mundo ori*
*gine curiosus disputabant,& professus ess*
*se nihil in ea intelligere*, quod de eode
ex Platonis dialogo de Animo A. refert
III,c.v. cùm codice sacro, divinam reve
lationem de verâ mundi origine comple
xo, destituti fuerint: atque alias Socrate
pro disciplinâ sectæ *interrogaret semper*
*responderet nunquam : quia se nil qui*
*quam scire profitebatur*, apud Aristote
lem lib. II. Elench. Soph.c. IIX. Conf
etiam Xenophontem Eusebio citatum
lib.xv. præp. Euang.c.LXII. Hæc tame
non perpendit A. noster, qui usque ade
insanus veterum Philosophorum, Histo
ricorum & Poëtarum admirator est, u
omnia eorum pronunciata oracula existi
mare videatur, & quæ Moses aliique scri
ptores sacri; divino Spiritu afflati,& exti
omnem erroris in doctrina aleam posi
ti, de mundi origine tradunt, eâ ab eth
nicis illis scriptoribus haud paulo ube
rius pertractata fuisse contendat: atq; in
de non placita illorum ad Mosis doctri
nam, (ut par erat) sed contra divinorum
scriptorum historiam ad Gentilium as
sertiones, veluti ad cynosuram quandam
exigat; quod profectò ab homine, cœ
cæ Gentilitatis non ignaro, & Mosi
Christique doctrinam amplexo, mini
mè factum oportuit, cui major sancti-
orque

orque esse debuerat Scripturæ Sacræ auctoritas, quam tot alia fabulosorum Gentilium figmenta. Nos igitur de verâ mundi & primorum hominum origine ex infallibili revelatione Dei certi, Gentilium commenta contemnere, & sicco pede transire poteramus:ne tamen quicquam, quod ad hanc controversiam pertinet; prætermisisse videamur, etiam hæc ab A. allata argumenta, quàm fieri poterit, brevissimè examinabimus, & sacræ historiæ veritatem contra Gentilium mendacia defendemus; quod S. Augustinus jamdudum nos admonere voluit, l. 1. de Gen. ad litteram cap. xxi. scribens: *Hoc indubitanter tenendum est, ut quicquid sapientes hujus mundi de naturâ rerum veraciter demonstrare potuerint, ostendamus litteris nostris non esse contrarium; quicquid autem illi in suis voluminibus contrarium sacris litteris docent, sine ullâ dubitatione credamus, id falsissimum esse, & quoquo modo possumus, etiam ostendamus.*

II. Primo loco ait; *in duas classes distributi fuere, qui de mundo disputaverunt. Una fuit asseverantium, mundum ortus & interitus expertem, fuisse ab æterno, & futurum in æternum. Altera differentium, mundum & principium habuisse, & finem habiturum; utrumque*

*autem, & principium & finem ejus, neque certum neque cognitum*, l. v. c. v. Gentiles de mundi origine talia sensisse non diffitemur quidem, at simul contendimus, eos in utroque illo dogmate à verò penitùs aberravisse. Quod priorem errorem de mundi æternitate attinet, *qui mundum posuere æternum, numen esse crediderunt, imò Deum & mundum voluere unum quid esse, & Deum mundum induisse. Jovem propterea Deorum summum, mundum fuisse universum, animantem ex animantibus, & Deum ex diis, tanquam sui partibus, compositum. Mundi enim partes ipsas in Deorum æternorum numero reposuerunt. Deos quippe dari æternos*, ibidem. Quâ assertione nihil stolidius esse potest, aut rectæ rationi magis repugnans, ex quâ prolixè & evidenter ea redargui posset, nisi lectorum patientiæ & chartæ parceremus. Sufficiat nunc adduxisse illa Lactantii, quibus quàm insipienter hæc de æternâ essentiâ ac naturâ Dei dicta sint, ostendit l. II. Institut. Divin. c. VI. *Si Deus est mundus, & partes ejus utique immortales sunt: ergo & homo Deus est, quia pars est (ut dicitis) mundi. Si homo, ergo jumenta, & pecudes cætera genera bestiarum, & avium, & piscium: quoniam & illæ eodem modo sentiunt, & mundi*
*partes*

*tes ſunt. At hoc tolerabile eſt, nam & c colunt Ægyptii. Sed res eo pervenit, ut iæ, & culices & formicæ dii eſſe videntur, quia & ipſis ineſt ſenſus, & pars mundi ſunt. Ita ſemper argumenta falſo petita, ineptos & abſurdos exitus bent. Quid quod iidem ipſi ajunt, deom & hominum cauſa mundum eſſe conuctum, quaſi communem domum? ergo undus nec Deus eſt, nec animans, ſi nſtructus eſt: animans enim non conſtruur, ſed naſcitur. Et ſi eſt ædificatus, utique tanquam domus, tanquam nais: eſt ergo aliquis artifex mundi Deus, ſeorſim erit mundus, qui factus eſt: ſeſim ille, qui fecit. Jam illud quàm reugnans & abſurdum, quod cum cœleſtes nes, cæteraque mundi elementa deos eſ affirmant, item ipſum Deum munum dicunt: quomodo poteſt ex Deorum ultorum acerva unus Deus confici? Si ſtra dii ſunt: mundus ergo non Deus, d domicilium deorum eſt. Si vero Deus mundus eſt: ergo omnia illa, quæ ſunt in o, dii non ſunt, ſed Dei membra, quæ tique ſolius Dei nomen accipere non poſunt. Nec enim rectè quis dixerit, membra hominis unius, multos homines eſſe. -- Cujus igitur rei ſimilitudinem gerit mundus? Nimirũ ipſi docent, cum factum eſſe non diffitentur, ut eſſet diis & homini-*

*bus quaſi communis domus. Si ergo*
*conſtructus, nec ipſe Deus eſt, nec eleme*
*ta, quæ ſunt patres ejus: quia neque*
*mus habere dominium ſui poteſt, ne que*
*la, de quibus domus conſtat. Non tantu*
*igitur veritate, ſed etiam verbis ſuis*
*vincuntur. Sicut enim domus in uſum h*
*bitandi facta, per ſe nihil ſentit, dominoq*
*ſubjecta eſt, qui eam fecit aut incolit:*
*mundus per ſe nihil ſentiens, factori D*
*ſubjacet, qui eum in uſum ſui fecit.*

III. Quoniam verò A. abſurda
hanc ſententiam ex mente Gentilium r
tionibus aliquot adſtruere conatur, pa
cis eaſdem refellemus. Primò: *Æte*
*num vero fuiſſe univerſum hoc, affi*
*mavere hac propter illi, quia ſi genitum*
*ſet, ex eo quod nuſquam eſt, genitum fu*
*ſet. Nihil autem fieri ex nihilo, pro co*
*feſſo habebant*, ibidem. Sed nulla plan
hujus argumenti vis eſt: ſi enim mu
dus via & modo naturæ generatus fuiſſe
valeret utique argumentum; jam ve
mundus non per generationem prod
ctus, ſed creatus eſt. Illud autem princ
pium, Ex nihilo nihil fit, non intellige
dum eſt de cauſâ omni, etiam ſupernat
rali, ſed phyſicè tantùm agente, quæ p
tentia naturali ex nihilo nihil producer
poteſt, ſed ſemper materiam præjacen
tem ſupponit, Deus autem, tanquar
ca

ausâ naturali superior, eo modo quid
roducere potest, qui actionem natura-
m transcendit. Secundo: *Æternitatem*
*uin etiam mundi conjecere illi per æter-*
*um tenorem illum & perseverantem con-*
*antiam, qua mundus permanet, & quià*
*mper sui similis est. Quo circa & immuta-*
*ilem dixere illũ, quia talis semper fuerit,*
*& talis semper futurus sit, qualis nunc est,*
bidem. Sed falsissimum est, mundum
onstanter permanere, & semper sui simi-
em esse, eundemque semper talem fuisse
t semper talem futurum; quod tamen A.
eluti certum ponit. Deinde vitiosè &
neptè ex falsâ illâ hypothesi, nempe per-
everante constantiâ mundi, conficitur,
nundum esse æternum. Et si vel maxi-
nè nulla unquam mutatio in ullâ mundi
parte visa esset, nondum tamen inde se-
queretur, mundum per supernaturalem
Dei potentiam non destructum iri, aut
æternum esse, quod tamen probandum
erat. Tertiò A. huc refert illud Ecclesia-
stæ c. 1. 9. *Quid est quod fuit? ipsum*
*quod futurum est. Nihil sub sole novum.*
*Nec valet quisquam dicere: hoc novum*
*est. Jam enim præcessit in seculis, quæ*
*fuere ante nos*, ibidem. Verùm Ecclesia-
stes non loquitur de æternitate mundi,
sed rerum humanarum vanitate, quæ in-
ter alia inde etiam manifesta est, quòd
ea-

eadem semper eventa recurrant, mutati saltem individuis, uti ex integro contextu apparet. Adstipulatur nobis huicqu interpretationi S. Augustin., juxta quem Ecclesiastes verba ante citata, *aut de hi rebus dixit, de quibus superius loquebatur, hoc est, de generationibus aliis euntibus, de solis anfractibus, de torrentium lapsibus: aut certe de omnium rerum generibus, quæ oriuntur atque occidunt. Fuerunt homines ante nos, sunt & nobiscum & erunt post nos: ita quoque animantia vel arbusta Monstra quoque ipsa, quæ inusitata nascuntur quamvis inter se diversa sint, & quædam eorum semel facta narrentur, tamen secundum id, quod generaliter miracula & monstra sunt, & utique fuerunt, & erant: nec recens & novum est, ut monstrum sub sole nascatur*, l. XII. de Civ. Dei c. XIII. adde Euseb. l. XI. præp. Euang. c. VII. Quartum argumentum loco quodam Mercurii Trismegisti, & quam A. ei subjungit, explicatione nititur. Sed Mercurii, tot eruditorum stilis jam dudum confossi auctoritas apud nos in rebus tam abstrusis & sacris admodum exigua est. Videantur, quæ post alios de eo fusè disputavit ὁ πάνυ HERMANNUS CONRINGIUS libro de Hermeticâ vetere Medicinâ cap. IV. V. VI. VII. IIX. Porrò quod

ıod verba Mercurii attinet, quis Pro-
ıeta, quis Euangelista, quis Apostolus,
ıis divinorum scriptorum alius unquam
xit, *Deus æternitatem, æternitas mun-
ım effecit*? quod si locus monstrari ne-
ıit, facessat illa Mercurii vox, in Eccle-
Catholicâ hucusque inaudita. Æquè
epta A. glossa est: quis enim Ecclesiæ
octorum unquam dixit, *Deum fuisse
te æternitatem, Deum esse causam æter-
tatis*? unde & ex quo Scripturæ aut
ıilosophi libro legit nobis A. *mundum
se in æternitate, Deum esse animam æ-
rnitatis, mundum esse opus æternitatis,
ternitatem esse animam mundi*? Adhæc
regiè sibi contradicit: vult enim *æter-
tatem fuisse ante mundum*, & fatetur ta-
en, quasi eorum, quæ ante dixerat, ob-
us, *æternitatem non tàm ante mundum
isse, quam cum mundo ab æterno*; ut sa-
mirari nequeamus, hominem in eâdem
ıginâ tàm parum sibi constare. Ultimò
on negamus, quosdam effectus cum suis
usis tempore simul esse, hanc tamen
us inferri non potest, quàm mundum
otuisse esse ab æterno, quod nunc
controversiam non venit: ut adeò
tus hic discursus falsus, atque à Scri-
urâ & rectâ ratione alienus sit. In quin-
argumento multa itidem sunt vitia;
os duo saltem notabimus, quorum
pri-

primum illud eſt, *in Deo mundus & cr*
*aturæ omnes ab æterno erant*, quod pr
fectò Scriptura nec dicit, nec implici
innuit, unde invicta ſequela ſequeretu
Fuerunt quidem creaturæ in Deo ab
omni æternitate eminenter & virtute, ta
quam in cauſâ efficiente; quod autem ſ
eſt, id non ſtatim exiſtit etiam realite
Alterum vitium eſt, *Deus ab æterno mu*
*dum geſtavit in mente ſuâ, Ergo eum ab*
*terno generavit*; nam & conſequentia nu
lius momenti, & antecedens valdè ob
ſcurũ eſt, quod nos ita intelligimus: De
ab æterno in eſſentiâ ſuâ, tanquam i
ſimilitudine expreſſâ, rerum omniu
creandarum ideas repræſentatas habui
prout eas in tempore creaturus erat. Ho
ſenſu admittimus quidem anteceden
ſed negatur conſequentia; ex eo eni
quòd idea mundi fuit ab æterno, non ſ
quitur mundum ipſum fuiſſe æternum
cùm ideæ non ſint res ipſæ, ſed reru
ſaltem imagines. Sicut igitur artifex al
quis ideam palatii, arcis, navis, à ſe ædi
ficandæ, in mente ſuâ habere poteſt, no
tamen continuo opera ipſa exiſtunt: eo
dem pacto fuerunt quidem in Deo ab a
terno rerum omnium ideæ, non tame
ideò ſtatim res ipſæ realiter extiterunt.
IV. Et ſic argumentis A. pro mun
æternitate allatis breviter reſponſum eſt
qu

i accuratiora desiderat, eum remitti-
us ad nobiles scriptores, R. Mosen Mai-
onis filium, qui in מורה נבוכים part:
. c. XIV. & XV. & ad B. Pererium, qui
IV. de rerum naturalium principiis ar-
menta omnia, quæ pro hâc sententiâ
:ere videntur, prolixè diluerunt. Ve-
amus nunc ad eorum testimonia, qui
undum seculis abhinc innumerabilibus
nditum adstruere ac persuadere volue-
nt, quos omnes falli, doctrinæque sacra-
m literarum perspicuè advesari itidem
irmamus. Ac *primo* quidem omnium
currunt nobis Chaldæi, de quibus ita
odorus Siculus l. II. c. XXXI. *nume-
m annorum, quibus Chaldæorum colle-
um asseverabat se vacavisse considera-
ni mundi, haud facile crediderìs. Nam
ue ad expeditionem Alexandri in Asi-
, quadringenta & septuaginta anno-
m millia numerabant, ex quo sydera ob-
vare cœpissent*. Et Cicero l. II. de
vin. *Nam quod ajunt quadringenta &
ptuaginta millia annorum in periclitan-
experiundisque pueris, quicunque na-
essent, Babylonios posuisse, fallunt. Si
im esset factum, non esset desitum. Ne-
nem autem habemus auctorem, qui aut
ri dicat, aut factum sciat*, apud A. l.
I. c. VI. Verùm enimverò Christiani
nc Chaldæorum mendacitatem meri-
tò

tò derident & contemnunt si enim ve
est sacrarum literarum historia, ut e
profectò verissima, non possunt esse vera
nec Christianis ullo modo probari, qu
Chaldæi de suâ antiquitate jactant; cù
enim Scriptura principium creationis i
Adamo figat Marc. x. 6. ab eo auter
tempore nondum sex milla annorum
lapsa fuerint, inde manifestum es
Scripturam Chaldæos & A. falsitatis d
mnare & convincere. Egregiè Lactanti
l. VII. c. XIV. *Plato & multi alii Phil*
*sophorum, cùm ignorarent originem r*
*rum, supremumque illud tempus, quo mu*
*dus esset effectus, multa millia seculoru*
*fluxisse dixerunt, ex quo hic pulcherrim*
*mundi extiterit ornatus sicuti Chalda*
*qui quadringentam 70. illia annorum m*
*nimentis comprehensa se habere deliran*
*In quo quia se posse argui non putaban*
*liberum sibi crediderunt esse, mentiri. N*
*autem quos divinæ literæ ad scientiam v*
*ritatis erudiunt, principium mundi cogn*
*vimus. Sciant igitur Philosophi, qui*
*exordio mundi seculorum millia enum*
*rant, nondum sextum millesimum annu*
*esse conclusum, &c.* Adhæc certissimu
est, diluvio Noachico omnes omninò h
mines præter octo periisse, & post illud
tribus Noæ filiis universum genus hum
num proseminatum, & in varias gent
mu

ultiplicatum fuisse; ex quo rursus con-
it, Chaldæorum gloriationem à falsitate
mendacio nullo modo excusari posse.
is ita in genere ex Scripturâ allatis se-
ientia addimus, primò, quod in recen-
ndis illis observationum annis non pa-
m varient auctores, nec omnibus idem
ımerus placeat: nam à Diodoro Siculo
nnihil deflectit Cicero, cujus codices i-
dem variant, ut Gothofredus notat. *E*
*verso Epigenes, apud Babylonios* 720.*an-*
*rum observationes siderum coctilibus la-*
*rculis inscriptas docet, gravis author in-*
*rimis; qui minimum, Berosus & Crito-*
*emus*, 480. *ann.*, ut Plinius notat l. VII,
LVI. Alii alios numeros habent, hæc au-
em dubia & varia narratio, & discrepan-
es sententiæ certo argumento sunt, Chal-
æorum traditioni nihil explorati subesse;
Hinc August. de hâc jactantiâ locutus, l.
XII. c. XL. de C. Dei subdit: *Nam & ipsa*
*istoricorum inter se dissonantia copiam*
*nobis præbet, ut eis potius credere debe-*
*mus, qui divinæ, quam tenemus, non re-*
*pugnant historiæ. Porrò autem cives im-*
*piæ civitatis, diffusi usquequaque per ter-*
*ras, quum legunt doctissimos homines, quo-*
*rum nullius contemnenda videatur aucto-*
*ritas, inter se de rebus gestis, ab ætatis no-*
*stræ memoriâ remotissimis discrepantes,*
*cui potius credere debeant, non inveniunt.*
*Nos*

*Nos vero in nostræ religionis historiâ, fu*
*autoritate divinâ, quicquid ei resistit, n*
*dubitamus esse falsissimum, quomodolib*
*sese habeant cætera in secularibus litteri*
Deinde illi ipsi, quos A. citat, jactantiar
istam refellunt & reprobant: expressè e
nim Diodorus: *numerum annorum hau*
*facilè credideris*. Excipit quidem A. *di*
*ficile illud creditu, sed non impossibile fa*
*ctu putavit Diodorus: quippe qui motu*
*æterni circuitus crederet ipse lege æterna*
*stellis & sideribus esse definitum.* Verun
Diodorus isthæc de sideribus non recen-
set ex mente suâ, sed Chaldæorum, sicu
ex lib. II. c. XXX. constat: & si idem ille sic
sensisset, eum sine omni dubio falsum
esse dixerimus. Similiter Ciceroni cre-
ditu difficilis, & ab eodem pene labefa
cta est Chaldæorum traditio, in verbis ab
A. citatis; quæ ille rursus in sensum ne-
scio quem detorquere conatur, contra
mētem Ciceronis, sicut vel ex iis constat,
quæ l. I. de Divin leguntur: *condemne-*
*mus Babylonios aut stultitiæ, aut vanita-*
*tis, aut imprudentiæ, qui CCCCLXX.*
*millia annorum, ut ipsi dicunt, monumen-*
*tis comprehensa continent, & mentiri ju-*
*dicemus.* Adscribemus etiam nonnulla
ex Gellio, apud quem l. XIV. c. I. *adver-*
*sum istos, qui sese Chaldæos seu genethlia-*
*cos appellant, Favorinus egregia atque il-*
*lustri*

*ſtri oratione diſſeruit, diſciplinam iſtam Chaldæorum tanta vetuſtatis non eſſe, quantæ videri volunt: neque eos principes auctoreſque eſſe, quos ipſi ferant: ſed præſtigiarum atque offuciarum genus commentos eſſe homines æruſcatores, & cibum quæſtumque ex mendaciis captantes.* Paulò pòſt pergit, & hanc rationem affert; *ſi iſto modo cœpta fieri obſervatio ut animadverteretur, quo habitu, quaque poſitura ſtellarum aliquis naſceretur; tum deinceps ab ineunte vita, fortuna eius, & mores, & ingenium, & circumſtantiæ rerum negotiorumque, & ad poſtremum finis etiam vitæ exſpectaretur, eaque omnia, ut uſu venerant, litteris mandarentur; ac poſtea longis temporibus, quum ſtellæ illæ eodem loco eodemque habitu forent, eadem cæteris quoque eventura exiſtimarentur, qui eodem illo tempore nati fuiſſent, ſi iſto, innuit, modo obſervari cœptum eſt, & ex eâ obſervatione compoſita quædam diſciplina eſt, nullo id pacto poteſt procedere. Dicant enim, quot tandem annis, vel potiùs quot ſeculis orbis hic obſervationis perfici quiverit. Conſtare quippe inter Aſtrologos dicebat, ſtellas ipſas, quas erraticas dicerent, quæ eſſe omnium rerum fatales dicerentur, infinito prope & innumerabili numero annorum ad eundem locum, cum eodem habitu ſimul omnes profectæ*

*fectæ sunt, regredi; ut neque ullus obser-vationis tenor, neque memoriæ ulla effigi litterarum tanto ævo potuerint edurar*
Ita ergò vel ipsis Gentilibus verisimile fie ri non potuit, quod Chaldæi asserunt, u mirari subeat, cur homo Christianus o mnes illorum nugas tantoperè miretur quas illi ex merâ jactantiâ finxerunt. S milis momenti aut potiùs farinæ est quod A. subjicit *de fasciculis temporum illis, quibus usi sunt Chaldæi in computan dis Regum suorum fastis*, l. III. c. v. & vi Num enim propterea, quia Chaldæi *no per annos, sed per plura annorum millia non per secula, sed per multiplices seculo rum summas Regum suorum annales nu merarunt*, demonstrari non potest, ul lum esse in eo numero mendacitatis ve stigium? an sancta veritas Chaldæis f conjugio junxit stabili, propriamque di cavit? annon iidem illi crediderunt *mundi naturam esse sempiternam, genu hominum fuisse ab æterno, sydera esse æ terna*, quæ Diodorus Siculus l. II. c. xxx & ex eodem A. de iis refert, quæ tamen sunt falsissima, & historiæ sacræ disertè re pugnant. Sic Berosus Chaldæus tradit novem Reges regnasse per saros cxx Jam si Σάρος, ut scriptum se reperisse au Salmasius in præf. libri de annis Clima ctericis, & ex eodem A. repetit l. III. c. v

*sex*

*ex millia annorum continebat*, oportet
ovem illos Reges ſeptingentis & vigin-
millibus annorum regnaviſſe, quod o-
nnem fidem ſuperat,& manifeſto indicio
ſt, *Chaldæos in computandis Regum ſuo-
um temporibus* nimis *liberales & largos
uiſſe.* Neque verum eſſe videtur, quod
.l.III.c.VI.ait, *Chaldæis vetuſtiſsimam
tque conſtantiſsimam rerum ſuarum
anſiſſe hiſtoriam*, ſi enim in deſcriben-
s ſuis hiſtoriis tantam curam & diligen-
am adhibuerunt, cur memoriam ejus
iſtoriæ perpetuò non conſervarunt, quâ
uidam celebrioris famæ gratia, miran-
æ celſitudinis turrem & civitatem ædifi-
re aggreſſi ſunt; cur de confuſione lin-
uarum, re utique memoratu digniſſima,
uaque Deus ædificatorum audaciam pu-
re voluit, uſque adeò omnes Babylonii
Chaldæi tacent?

V. Sed jam *ſecundò*, Ægyptiorum
oque portenta audiamus, qui quam-
urima, mirabilia magis quàm credibi-
, de ſui ortu ſunt commenti, quæ le-
poſſunt apud A.l.III.c.V.VI.VII. Ve-
m fidem habere non debent; primò e-
m conſtat, Mizraim, filiũ Chami ſecun-
genitum Gen.x.6.primum poſt diluviũ
væ Ægyptum incoluiſſe, à quo & Ægy-
i provincia ארץ מצרים *terra Mizraim*
cit. Gen.13.10. & Ægyptii מצרים Gen.

XLIII. 32. atq; alibi, itemq; apud Joseph. l. I. J. A. c. VII. Τὴν ἄιγυπτον, μέσρην, ἡ μεσραίους τοὺς ἀιγυπτίους ἅπαντες ὁι ταύτην οἰκοῦντες καλοῦμεν, *Ægyptũ Mesren, & Ægyptios Mesræos vocamus, quotquot eam regionem incolimus*. Quòd si Misraim Ægyptiorũ cõditor est, falsissima omnia ea sunt quæ de Ægyptiorum incredibili vetustate auctores ab A. citati jactitant & scribunt. Deinde & illud notum est, Ægyptios de mendaciis fere semper suspectos fuisse imò figmentis suis fidem omnem decoxisse, quibus illa effutierunt, quæ nullo idonei scriptoris testimonio probari possunt, cujus rei exemplum ê multis unicum adferemus ex S. Augustin. qui l. XII. de Civit. Dei cap. X. hoc idem argumentum, ab exterarum historiarum ignorantiâ petitum, contra Ægyptios urget, & in hunc modum scribit: *ne multa disputem, quemadmodum illarum litterarum, in quibus longè plura annorum millia referuntur, vanitas refellatur, & nulla in illis rei hujus idonea reperiatur autoritas, illa epistoli Alexandri Magni ad Olympiadem matrem suam, narrationem cujusdam Ægyptii sacerdotis insinuans, quam protulit de litteris, quæ sacræ apud illos haberentur*: (videtur hic aliquid deesse) *continet etiam regna, quæ Græca quoque novit historia. In quibus regnum*

*egnum Assyriorum, in eadem epistola A-
exandri quinq; millia excedit annorum:
in Græcâ verò historia, mille ferme &
recentos habet ab ipsius Beli principatu,
uem regem & ille Ægyptius in ejusdem
egni ponit exordio. Persarum autem &
Macedonum imperium, usque ad ipsum
Alexandrum, cui loquebatur, plus quam
cto millium annorum ille constituit, cum
pud Græcos Macedonum usque ad mor-
em Alexandri, quadringenti octoginta
uinque reperiantur anni: Persarum ve-
ò, donec ipsius Alexandri victoria finire-
ur, ducenti & triginta tres computentur.
ongè itaque hi numeri annorum illis Æ-
yptiis sunt minores: nec eis etiamsi ter
antùm computarentur, æquarentur. Per-
ibentur enim Ægyptii quondam tam bre-
es annos habuisse, ut quaternis mensibus
nirentur. Sed ne sic quidem Græca Æ-
yptiæ numero temporum concordat histo-
ia: Et ideò Græcæ potius fides habenda
st, quia veritatem non excedit annorum,
ui litteris nostris, quæ verè sacræ sunt,
ontinentur. Porrò si hæc epistola Alexan-
ri, quæ maximè innotuit, multum ab-
orret in spatiis temporum à probabili fi-
e rerum: quantò minus credendum est
lis litteris, quas plenas fabulosis velut an-
iquitatibus proferre voluerunt contra
utoritatem notissimorum divinorumque*
I 2 *libro-*

*librorum, quæ totum orbem sibi creditu-
rum esse prædixit, & cui totus orbis, si-
cut ab eâ prædictum est, credidit: quæ ve-
ra se narrasse præterita, ex his quæ futu-
ra prænuntiavit, cum tantâ veritate im-
plentur, ostendit.* Tertiò si Ægyptii te-
stes rerum suarum usque adeò verace
sunt, ut fides illis omninò habenda sit
cur A. ipse l. IV. c. XIII. *nullam fidem a-
hibet AEgyptiis, ubi se vel Aborigine
vel populorum antiquissimos gloriantur*
Quod si A. Ægyptiorum traditiones cur
contemtu quodam rejicere licet, cert
nec nos eorum auctoritas, sine ratione ad-
ducta, movere debet, sed quod gratis a
ipsis dicitur, gratis à nobis rejici potest
Quartò Varro *quo nemo unquam doctio-
ne apud Græcos quidem, nedum apud La-
tinos vixit*, si Lactantio credimus l. I. c.
VI. in historiâ suâ narrat, Ægyptios ser-
demum, & paulò ampliùs duobus anno-
rum millibus ante suam ætatem littera
primò didicisse; *gerræ* igitur *germanæ a-
que* λῆροι λήρων sunt, quæ omnium men-
dacissima Ægyptiorum gens de antiqui-
tate suâ jactat. Inde rursus S. August.
XVIII. de Civ. D. c. XXXVII. *Sapientia, in-
quit, AEgyptiorum sapientiam Propheta-
rum nostrorum tempore antecedere non po-
tuit, quandoquidem & Abraham Prophe-
ta fuit. Quid autem sapientiæ esse potuit i*
*AEg*

*Ægypto antequam eis Isis, quam mortuã
anquam Deam magnam colendam puta-
erunt, litteras traderet? Isis porrò Inachi
lia fuisse proditur, qui primus regnare
œpit Argivis, quando Abrahæ jam nepo-
es reperiuntur exorti.* c. XXXIX. *Nulla
ens de antiquitate sapientiæ suæ super
Patriarchas & Prophetas nostros, quibus
nerat divina sapientia, ulla se vanitate
iqua jactaverit, quando nec Ægyptus
venitur, quæ solet falsò & inaniter de
iarum doctrinarum antiquitate gloriari,
ualicunq; sapientia sua Patriarcharum
ostrorum tempore prævenisse sapientiam.
leq; enim quisquam dicere audebit, mira-
ilium disciplinarum eos peritissimos fuis-
e, antequam litteras nossent, i.e., antequã
sis eò venisset, easq; ibi docuisset.* c. XL. *Fru-
ra igitur vanissima præsumptione garri-
nt quidam dicentes, ex quo rationem si-
erum comprehendit Ægyptus, amplius
uàm* 100. *annor. millia numerari. In qui-
us enim libris istum numerum collegerunt
ui non multum ante annor.* 2000. *millia
tteras magistra Iside didicerunt? Non e-
im parvus autor est in hist. Varro, qui hoc
rodidit, quod à litterarum etiam divinarũ
eritate non dissonat. Quum enim ab ipso
. homine, qui est appellatus Adam, nondũ
*000. *annor. compleantur, quomodo non
sti ridendi potiùs quàm refellendi sunt,*

*qui de spatio temporum tàm diversa: & huic exploratæ veritati tam contraria persuadere conantur? Cui enim narranti melius præterita credimus, quàm qui etiam futura prædixerit, quæ præsentia jam videmus?* Reliqua, quæ in eodem capite sequuntur, supra num. IV. allata sunt. Alii inventi ejus originem referunt ad Mercurium; ita Diodorus Siculus l. I. c. XVI. & ex eo Eusebius l. II. de præp. c. I. *Hermes primus (ut ferunt Ægyptii) & communem loquelam articulatim distinxit, & multis rebus nomine destitutis nomen indidit. Literas invenit, distributam astrorum seriem, vocumque harmonias princeps observavit.* Consentiunt Strabo. XVII. Cicero l. III. de naturâ Deorum, ex quo repetit Lactantius l. I. c. VI. Item Sanchuniaro apud Philonem Byblium, ut refert Euseb. l. I. præp. Eu. c. IX. juxta edit Paris. Verùm & hoc ad Ægyptiorum jactantiam evertendam satis est, & commentitiam istam vetustatem satis fortiter infringit.

VI. Quintò A. hæc de Ægiptiis recenset fide Herodoti, de quo quàm plurimi jam olim conquesti sunt, quòd in rebus exteris, & ætatem suam antegressis multas fabulas commentus sit. Diodorus Siculus l. I. c. LXIX. disertè: *nos*, inquit, *quæ Herodotus & nonnulli rerum Ægyp-*

*iarum ſcriptores, portenta narrationum ro veritate ſponte amplexi, & volupta- is gratia fabulas commenti deblatera- unt, miſſa faciamus.* Cicero l. I. de legi- bus: *apud Herodotum, patrem hiſtoriæ, unt innumerabiles fabulæ*, Gellius l. 121 :.x. *Herodotus homo fabulator.* Joſeph. l. . contra Apionem, *Herodotum omnes nendacem eſſe oſtendunt.* Et paulò pòſt erum: *Manethon genere vir Ægyptius, Græca diſciplina eruditus, ſicuti palam ſt, paternæ religionis, hiſtoriam ex ſacris, ut ait ipſe, libris interpretatus, frequen- ter arguit Herodotum, in rebus Ægyptia- cis ignoratione mentitum.* Sed nos fidem & diligentiam Herodoti in deſcribendis rebus Ægyptiorum nunc non ſolicitabi- mus, nec magnam & maximè commen- dandam fuiſſe diffitebimur, unde ea, quæ A. l. III. c. VI. & VII. pro Herodoto dicit, ceu certa ſummæ fidei indicia & te- ſtimonia admittimus: id ſaltem in quæ- ſtione eſt, an quæ ab arrogantiſſimis & φιλαυτίᾳ nimis laborantibus Ægyptiis ac- cepit & ſcripto prodidit Herodotus, tan- quam certa & indubitata haberi, hiſtori- æque à Deo revelatæ præferri debeant? an omnibus eorum fabulis & traditioni- bus, ut oraculis aſſentiri neceſſe ſit? Id verò jure merito negamus: nam præter- quam quòd jam tum ſupra non nullis,

nec opinamur invalidis rationibus auctoritatem historiæ Ægyptiacæ elevavimus, vel ipse Herodotus quædam, ab Ægyptiis sibi tradita, expressis verbis improbat, ut in Euterpe n. LXI. *Hæc (ut ego opinor) dicunt nugatores, ut alia, ita & de manibus colossorum &c.* Et n. LX *Hæc quidem tùm ab Ægyptiis relata sunt, quæ cuicunque credibilia videntur, is eis utatur. Mihi autem in omni sermone sive narratione constitutum est ea scribere, quæ auditu cognovi.* Quo ipso satis indicat, omnia Ægyptiorum commenta credenda non esse, cumprimis verò illa, quæ soli illi citra reliquarum gentium consensum de se jactant: ejusmodi enim testimonia, in causa propria allata, domestica nec magni ponderis sunt; cumque *multum auctoritatis vetustas afferat*, ut Quintil. l. III. cap. IX. loquitur, *Ægyptii* autem præ omnibus aliis populis insolentes, *ventosi, jactantes, atque adeo vani fuerint*, quod Vopiscus in vitâ Saturnini de iis testatur, manifestum utique est, Ægyptios in hâc controversiâ fidem magnam non mereri. Adde, quod isthæc de suâ vetustate ab illis prodita, cum suis ipsorum placitis consentiant: nam Strabo l. XVII. de sacerdotibus Thebanis, & Astrologiâ locutus addit. *tribuunt autem Mercurio omnem isthanc sapientiam.* Diod. Sic. l. I. c.
16.

*. Hermes primus (ut ferunt* ſacerdotes *gyptii) diſtributam aſtrorum ſeriem cumque harmonias & naturas obſerva-t.* Eodem pertinet, quod Joſephus l. I. . J. c. IX. & ex eo Euſebius l. IX. præp. iang. c. XVI. habet: *Abrahamus AE-ptiis & Arithmeticam & Aſtrorum ſci-tiam communicavit: nam ante Abraha- i ad ſe adventum AEgyptii rudes erant juſmodi diſciplinarum, quæ à Chaldæis l AEgyptios profectæ, hinc ad Græcos ndem pervenerunt.* Similiter Eupole-us Alexandro Polyhiſtori citatus apud ndem Euſ. c. XVII. *cùm apud Heliopo-m Abrahamus Ægyptiorum Sacerdotum nſuetudine plurimùm uteretur, multa /os, nec non Aſtrologiam, quæque ad eam rtinent omnia, illo docente didiciſſe tra-t, ſic tamen eorum inventionem Babylo-is atque Abrahamo ipſi attribuens, ut incipem illorum auctorem Enochum fu-'e ſtatuat, quippe qui primus omnium ſtrologiam invenerit, non autem AEgy-tii.* Paucis interjectis ſubjicit, *Græcos di-ere, Atlantem Aſtrologiam inveniſſe, ſed tlantem eundem eſſe quem Enochum, uſdemque filium fuiſſe Mathuſalem, e-mque cuncta ab Angelis Dei didiciſſe. & a ad noſtram notitiam veniſſe.* Confe rtapan. ib. c. XIIX. & A. l. III. c. IIX. *A-rahamus Ægyptios docuiſſe illas* (Aſtrono-

miam, Astrologiam, & Magiam) *dicitur, quo tempore ad illos permeavit.* Quòd si à Mercurio Astrologiam didicerunt Ægyptii, falsissimum est, eos *per incredibilem annorum numerum descriptiones motuum cælestium custodiisse,* quod ex Diod. Siculo l. I. c. LXXXI. A. adfert; saltem alterutrum falsum esse oportet. Utrum autem eligat A. nostra nihil omninò refert, cùm sic semper sacerdotum Ægyptiacorum fides labascat. Si enim Mercurius Astrologiæ auctor & primus inventor est, sacerdotes illi rerum suarum plane rudes & ignari, aut quod cordatis potius videbitur, impostores & mendaces fuerint necesse est, qui per incredibilem annorum numerum descriptiones motuum cœlestium se custodire gloriati sunt; si verò numerum illum custodierunt, quod pro certo & confesso ponere videtur A. non potest nec debet inventæ Astrologiæ gloria recenti Mercurio adscribi.

VII. Verùm enimverò multa huic responsioni & sententiæ A. videtur posse objicere. Primò *Ægyptiis vetustissimam rerum suarum mansisse memoriam, Græci fatentur ipsi,* l. III. c. VI Resp. Non probat hoc A. nec ostendit, quinam Græcorum, quibusve in libris prodiderint, Ægyptiis omnium rerum patriarum veram antiquitatem tàm constanter hæ-

iſſe & permanſiſſe, ſed verba hæc ex Jo-ſephi l. 1. contra Apionem deſcripſit. E-lo autem, ſenſerint hoc Græci, & memo-iæ proditum tradiderint; tamen in hâc de mundi origine controverſiâ falſos eos eſſe ex ſacrâ ſcripturâ apertum eſt. Re-petimus hic, quod ſupra ex S. Auguſt. attulimus: *Græca Ægyptiæ numero tem-porum non concordat hiſtoria. Et ideò Græcæ potiùs fides habenda eſt, quia ve-ritatem non excedit annorum, qui literis noſtris, quæ verè ſacræ ſunt continentur.* Errat etiam A. ſi exiſtimat, verba iſt hæc ad omnes Ægyptiorum hiſtorias, ipſam-que adeò originem mundi exporrigi de-bere, nec dubitamus, ab ipſo Joſepho id improbatum, etiamque oppugnatum iri, ſi viveret, utpote qui Adamum primum omnium hominum ſimpliciter fuiſſe cre-didit, ut infra oſtendemus. Urget ſecun-dò, *Ægyptios religioſos & bonæ fidei fuiſſe rerum ſuarum Chronologos*, l. III. c. VII. Verùm etſi dicat Herodotus loco ab A. citato, *hæc Ægyptii pro compertis aſſeve-rant, ſeque ſcire aſſiduè ſupputando, ſem-perquè annos deſcribendo*, quis tamen fa-buloſis illis, & ſubleſtæ fidei ſacerdoti-bus temerè credat? unde probabit A. annales illos ſacerdotum fide dignos eſſe? Certè ſi ſacerdotes in annotandis rebus ſuis uſque adeò accurati & diligentes fue-

runt, cur Herodotus eo ipso in loco post recensitas discrepantes aliquot sententias de iis quasi dubitans subjicit; *utrum horum probabilius sibi videtur, eo quisque utatur.* Si minima quæque summâ diligentiâ scriptis prodiderunt, cur de pyramidum structurâ, re sui magnitudine miranda, nihil explorati sciverunt, ut Diodorus Siculus l. I. c. LXIV. testatur: *de pyramidibus nullus omnino, nec apud indigenas, nec inter scriptores est consensus. Alii à regibus supra memoratis alii ab aliis eductas memorant &c.* cur in unius ejusdemque rei narratione tàm enormiter discrepant, & à se invicem dissentiunt? cur *Manethon genere vir Ægyptius, Græce disciplina eruditus, paternæ religionis historiam ex sacris (sicut ait ipse) interpretatus libris, frequenter arguit Herodotum, in rebus Ægyptiacis, propter ignorationem mentitum?* teste Josepho l. I. contra Apionem, ex quo etjam recitat Euseb. præp. Euang. l. X. c. XIII: Rursus à Manethone tantopere dissentit Chæremon, *qui* & ipse *AEgyptiacam historiam se scribere professus est,* ut inde scribat Josephus eodem libro: *reor autem ex his ipsis, quæ dicta sunt, amborum vanitatem apparere. Si quid enim veritatis subesset, impossibile erat, eos in tantum discrepare: at qui mendacia componunt,*

*onunt, non aliorum scriptis consona scri-unt, sed quæ ipsis libet, confingunt.* Ma-ethonis & Chæremonis multùm dissen-entes, & ex diametro inter se pugnantes entemtiæ ibidem apud Josephum legi ossunt, nec confutationem merentur, *multum* enim *fortasse sit redarguere, qui seipsis redarguti sunt, ferendum enim e-at utcunque, si ab aliis redarguti fuis-sent*, ut Josephus ibidem monet. Sed le hoc paulò pòst iterum videbi-nus.

IIX. *Tertiò* adfert A. historiam ali-quam sive fabulam ex Timæo Platonis uper bellatoribus insulæ Atlanticæ & A-thenienfibus, qui decem terrò mille an-nis ante diluvium vixerint. Sed nuda Platonis auctoritas huic rei probandæ non sufficit, præterquam enim quòd in omnibus penè Philosophiæ partibus gra-viter lapsus est; ut Euseb. lib. XIII. præp. Euang. c. XIV. XV. XVI. XVII. XIIX. XIX. XX. XXI. ostendit, etiam ad fabulas fre-quenter devolutus est, ut A. non diffite-tur l. III. c. VII. unde & hîc de ejus fide jure dubitari, & illos mendaciorum us-que adeò prodigos sacerdotes Ægy-ptios nugatos esse, dici posset. Ad-hæc jam tum suprà nnmer. v. ex Au-gustino notavimus, Ægyptios historia-rum

rum & rerum exterarum plane nescio fuisse, & possent ejusmodi ἀνιστορησίας σφάλματα plura adferri: neque id mirum alicui videri debet, cum Græcos Ægypti susque deque habuerint, & ad terras sua ne admiserint quidem, ut Diod. Siculu testatur l. I. c. LXVII. *Psammetichus primus omnium Ægypti Regum gentibus aliis peregrinæ regionis emporia patefecit magnamque navigationibus exterorum securitatem præstitit. Nam rerum anti ipsum potiti inaccessam peregrinis Ægyptum faciebant: appulsos vel morte, vel servitute multantes. Busiridis equidem impietatem, inhospitalitas gentis tam famosam Græcis reddidit: non enim revera sic accidit; sed immanitas summa fabulæ commento locum dedit.* Idem innuit Herodotus in Euterpe n. LXVI. *Post sedes ab Jonibus & Caribus in Ægypto collocatas Græci cum Ægyptiis ita commercium habuerunt, & nos res in Ægypto gestas, à Psammeticho rege exorsi, & quæ deinceps extiterunt, omnia sine ambiguitate nota habemus.* Et Strabo l. XVII. de Pharo loquens: *Primi Ægyptiorum Reges omnibus exteris navigantibus, cumprimis verò Græcis infensi erant, ideoque præsidio loco huic imposito adventantes arcere jusserunt.* Si autem Ægyptii Græcorum tam acres hostes, & rerum Græcarum tàm igna-

gnari fuerunt, ſtultum foret attendere, quid illi de his dicant, ſed Græcos ipſos conſulere oportet, ut ratio ipſa nos docet Euſebius l. VII. præp. Euang. c. IIX, qui plerique omnes in eo conveniunt, Athenas à Cecrope conditas eſſe, qui mille circiter annis ante Solonem vixit, *quo recentiora eſſe quæcunque Græci tantopêre celebrant, nemo non fatetur*, ut Euſebius monet l. X. præp. Euang. c. X. qui paulò pòſt addit: *cum primus apud Archivos Inachus imperaret, necdum Athenienſibus aut civitas aut nomen erat. Ejuſdem autem Inachi regnum in quintũ Semiramide Aſſyriorum Regem incidit, annis poſt illam atq; Moſen centũ & quinquaginta, quibus nihil apud Græcos memoria dignum geſtum eſſe reperitur*, adde S. Aug. l. XIIX. de C. D. c. IIX. & IX. Neque verò ſolæ Athenæ, ſed & reliqua omnia apud Græcos nova, & diluvio Noachico recentiora ſunt. Signatè Africanus apud Euſeb. l. X. præp. Euang. c. X. *obſervandum hîc eſt, quicquid paulò rariùs ob vetuſtatem Græci fabulantur, id omne Moſe poſterius inveniri, diluvia, incendia, Prometheum &c. Res Argolicas, quæ ducuntur ab Inacho, Græcarum omnium vetuſtiſſimas celebrari, Dionyſius Halicarnaſſenſis in ſuo de temporibus commentario auctor eſt*, quemadmodum ex Cle-

mente

mente Alexandrino refert Eusebius l
bro eodem, c. XII. qui paucis interjec
plura in eandem sententiam subjici
Consentit A. l. III. c. VI. *nova apu*
*Græcos sunt omnia, & ante unum alt*
*rumve diem, ajebat ille, extitisse reper*
*as urbium molitionem, excogitationem a*
*tium, legumque perscriptionem.* Sine (
mni igitur dubio fabulosa & nugatori
sunt, quæ A. ex Platonis Timæo de præ
claris facinoribus inclytorum illorum A
theniensium tradit, & sicut alias sacerdo
tes Ægyptii primæ antiquitatis glorian
ementitis annalibus ad se conati sunt at
trahere, ita de nimiâ Athenarum antiqui
tate pura puta mendacia confinxerunt
nisi commoda interpretatio accedat, qua
lis illa apud Marsil. Ficinum est c. v. Com
pendii in Timæũ: *hic iterum te admoneo*
*ut memineris 9 ann. millia, ab Eudoxo mil*
*lia mensium computari.* Et in argumento,
quod idem ille Atlantico præmisit: *neque*
*te turbabunt 9. illa ann. millia, si Eudoxum*
*audieris dicentem, annos illos Ægyptio-*
*rum non solares fuisse sed lunares.* Eudoxo
consona scribunt & alii non ignobiles au-
ctores. Plin. l. VII. c. XLIIX, *Ægyptii an-*
*num lunæ senio determinabant.* Diod. Si-
culus l. I. c. XXVI. *Sacerdotes Ægyptiorũ*
*facta supputatione temporum à regno solis*
*ad Alexandri transitum in Asiam, ann. 23*
*millia*

*illia circiter colligunt. Fabulantur præ-
rea Deorum antiquiſſimos* 1200. *& po-
eriores non infra* 300.*annos regnaſſe:cum
utem fidem excedat iſta ann. multitudo,
onnulli affirmare non verentur,quòd olim
lis motu nondum cognito annus ad lunæ
rcuitum deſcriptus fuerit, & ob id cùm
nni ſint* 330 *dierum,non potuiſſe omnino
on fieri, ut aliqui mille annos viverent:
uandoquidem nunc etiam, cùm anni duo-
enis menſibus conſtent, non paucis ultra
entum vita protrahatur.Conſimilia etiam
e illis dicunt,qui trecentos annos videntur
egnaſſe: illorum enim ætate, annum qua-
uor menſibus abſolutum dicunt.* Confer,
quæ ex Auguſtino num.v. citavimus. I-
em à Varrone obſervatum eſſe Lactanti-
s tradit l.II.divin.Inſt.c.XIII:*ait enim,
pud ÆEgyptios pro annis menſes haberi,
t non ſolis per* 12. *ſigna circuitus faciat
nnum, ſed luna, quæ orbem illum ſigni-
erum* 30. *dierum ſpatio illuſtrat.* Ut pro-
nde falſum, aut ſaltem controverſum
t, quod A. l.III. c.VI. tàm audacter aſ-
erit: *nulla alia obtinuit partitio anno-
um apud ÆEgyptios*, quàm in menſes
luodecim. Neque obſtat, quod ibidem
x Herodoti Euterpen. XL. citat, *ÆEgy-
tios primos hominum omnium annos com-
periſſe & diſtinxiſſe in duodecim menſes:*
partitionem enim anni in menſes 12.
ab

ab Ægyptiis inventam non esse, vel e prioribus capitibus Geneseos liquet, f rius autem in Ægyptum introducta fuisse sacerdotes Ægyptii ipsimet apu Diodorum Siculum, quem paulò an citavimus, fatentur.

IX. Contra hæc, quæ jam diximu multa A. excipit, primò: *historiam lam veram & certam demonstrabat Cr tias, utpote qui illam continuâ tradition serie didicisset, ille à patre suo pater ab vo Critia, Critias avus, à proavo suo Dr pida, Dropidas & ipse à Solone familia suo*, l. III. c. VII. Resp. Potuit quide Critias historiam illam à majoribus su per traditionem quasi per manus tran missam, & ad se usque derivatam accip re, potuit tamen tradentium culpa longinquitate temporis falsi aliquid co trahere, potuit interpolari, & fabulis mendaciis contaminari, ut in omni per traditione solet usu venire, potuit Criti junior ac decem saltem annos natus, cùr ex avo eam audiret, in vero annorum ill rum numero aberrare. Nullam autem fa bulam, nullum errorem narrationi illi a mistum fuisse, qui obsecro probavit A Ponamus autem, historiam illam per ce tam & infallibilem πατροπαράδοτον tradit onem ad Critiam usque juniorem perdu ctam fuisse, tamen ab A. postulamus,

jun

e exigimus, ut ſacerdotum Ægyptio-
m, à quibus auctoribus fabula illa pro-
cta eſt, probatam fidem nobis demon-
et, non autem fruſtra & imprudenter
mat. Incertam & fallacem monumen-
rum Ægyptiorum auctoritatem & ſu-
a probavimus, ac paulo poſt iterum o-
ndemus. Secundò *laudatur, neque re-
llitur, hiſtoria hæc eadem apud Arno-
um, excelſi ſcriptorem ſpiritus, &c.* Ibi-
em. Verùm Arnobius argumentatur i-
κατ' ἄνθρωπον ex paganorum fabulis, quâ
tione & reliqui Eccleſiæ primitivæ Do-
ores, Juſtinus, Tertullianus, Theophi-
is, Clemens Alexandrinus, Minucius
elix, Euſebius, aliique quam plurimi pro
eritate fidei Chriſtianæ depugnant, &
uis ipſorum fabulis Ethnicos urgent. E-
uſmodi autem argumentatio non Chri-
tianos, non Moſis doctrinam amplexos
udæos, non Mohammedis ſequaces ur-
get, ſed ſolos paganos, qui fabulis iſtis
idem adhibent. Quòd ſi omnia ea, quæ
anctiſſimi illi Patres in diſputationibus
uis adverſus Ethnicos adferunt, nec re-
ellunt, probare velis, jam omnes gen-
ilium fabulas, commenta, & ſuperſti-
tiones, in Eccleſiam Chriſti uno impetu
invexeris. Ut verò pateat, Arnobium
non probare, nec pro veris habere, quæ
de hiſtoriâ hâc perſcripſit, contextum
& lo-

& locos parallelos intueamur; etenim in præcedentibus dicit: *quod nobis objectare consuestis bellorum frequentium causas, vastationes urbium --quale sit illud quod dicitur, calumniarum libidine non videtis.* Item: *historias ite per vestras, & instruemini.* Atque hinc demum ad historiam illam Platonis provocat, ex qua perspicuum sit, Arnobium ex Paganorum hypothesi saltem disputare. Esto autem, ex suâ mente ac sententiâ Arnobius isthæc protulerit, non propterea tamen unius illius, cum Platone consentientis opinio magnam statim fidem apud nos habere debet, cùm & catechumenus adhuc libros illos scripserit Arnobius, & alias quoque nonnulla doceat, quæ divinæ Scripturæ sunt contraria. Tertiò: *miratus est Solon narrantem Sacerdotem Ægyptium, neque dubitavit de illis, quæ audiverat, quippe quia de illis inquirere ei datum fuisset in fontibus ipsis, in Ægyptiorum historiis plenis fidei, &c.* ibidem. Verùm incertum est, an fabulæ isti firmam fidem adhibuerit Solon; & si adhibuit, nondum probavit A. quòd illum veritatis vis ad id credendum adegerit, namque & credidisse illud & errasse simul potuit. Ut autem negare nolimus, *Soloni de illis inquirere datum fuisse serio & sedulo, in fontibus ipsis, in Ægyptiorum*

*tiorum historiis*, illas tamen *plenas fi-
ei* fuisse, nulla cum veritatis aut verisi-
nilitudinis specie probari potest; quot e-
im fabulæ, commenta & somnia in il-
s Bibliothecas irrepserint, non saltem
x superioribus apertum est, sed & ulte-
us hinc liquet, quòd quamplurimi pro-
essi sint, ex sacris illis Ægyptiorum
Chronographiis sua se hausisse, quæ ta-
nen longè sunt falsissima, & cum histo-
iâ verè sacrâ minimè conveniunt. Sic
*Manethon Ægyptiacam historiam ex li-
eris sacris se interpretaturum est profes-
sus*, teste Josepho l. 1. contra Apionem,
ea tamen scripsit, quæ cum Mosis nar-
ratione non solùm non congruunt, sed
ex diametro pugnant, ceu Josephus ibi-
dem ostendit, eumque *delirare & men-
tiri* ait. Eodem ferme modo Chære-
mon se gerit, cujus historia Ægyptiacà
mendaciis undique scatet, ut ibidem
legere est. Omnes impudentia supera-
re videtur Apion, *genere vir Ægyptius*,
cujus portentosa mendacia Josephus l.
11. contra eum scripto totis viribus
oppugnat, confutat, & vera à falsis di-
ligenter distinguit. Pariter falsa veris
miscent sacerdotes Heliopolitani &
Memphitici, apud Artapanum in suo
de Judæis opere, cujus fragmentum
nobis servavit Eusebius, libr. IX.
c. XXVII.

c.xxvii.& fabulæ sine omni dubio sun
quæ de Deorum & semideorum imper
Diodorus Siculus, Herodotus atque a
ex ore sacerdotum Ægyptiorum mem
tant. Cæterum hæc jam sufficiant, si eni
omnes Ægyptiorum commentitias h
storias vellemus persequi, sexcentas r
censere possemus: & tamen etiam ex h
colligere licet, narrationes illas, specios
sacrorum librorum titulis fucatas, ejus au
ctoritatis ac fidei non esse, quibus tut
assensum præbere liceat.

X. Quartò; *Neque amolitus est Solo jocosam sacerdotis Ægyptii sannam, qu illum & Græcos omnes pueros vocitaverat quippe cui compertum fuisset, neque Solonem, neque quemquam alium Græcorum de verâ antiquitate quicquam unquam cognovisse*: ibidem. Respondemus, totum hoc concedendo, cùm enim Græci veræ antiquitatis penitùs rudes atque ignari sint, nec quicquam habeant, unde genuinam originem suam exsculpere queant, hinc rectè à grandævo illo sacerdote puerilis ignorantia Soloni & Græcis omnibus exprobrata fuit. Eandem sententiam confirmat partitio illa ex Varrone & Censorino ab A. allata l. iii c. v. quâ *Græci Chronologi tempora divisere in* ἄδηλον, μυθικὸν & ἱστορικόν, & indicio est, quanta Græcorum & reliquorum

Genti-

entilium, divina Mosis historia carenti-
m, quod secula anteriora attinet, igno-
ntia fuerit. *Quod enim à conditu rerum*
*l diluvium, & ab hoc ad primam Olym-*
*adem dimanavit, absconditum illis fuit*
*incognitum,* Saltem *compertum nume-*
*tur, quod à primâ Olympiade commen-*
*riis relatum est. Unde qui res suas vix*
*primâ Olympiade pro veris habuerunt*
*ræci, neque pro compertis potuerunt da-*
*cæteras, quæ primam Olympiadem*
*æverterunt.* Conf. African. apud Eu-
bium l. x. & Plutarchum, qui etsi dili-
entissimus antiquitatis omnis investiga-
or fuit, in Theseo tamen scripsit, quæ
m sequuntur: *Ultra Theseum nihil vide-*
*s in historia, præter in exhaustas arenas,*
*inaccessa brevia, & regiones aut rigen-*
*es glacie, aut æstu torridas, quales in ex-*
*remis chartis Geographi depingunt, id est,*
*ihil nisi vanissimas fabulas, aut densissi-*
*nas ignorantiæ tenebras.* Quæ omnia si
ttentè considerare, & cum judicio ex-
endere velimus, evidens pro novitate
nundi argumentum hinc desumere po-
erimus: si enim mundus innumerabili-
ous ab hinc seculis fuisset conditus, quâ
ieri potuisset, ut nulla rerum illarum an-
iquarum memoria nuspiam extaret, aut
iterarum monumentis consignata esset?
Rectè proinde Macrobius l. II. in somn.
Scip.

Scip.c.x. *quis non hinc æstimet mundu quandoque cæpisse, nec longam retro ej ætatem: cum abhinc ultra duo retro a norum millia de excellenti rerum gestaru memoria ne Græca quidem exstet hist ria?* Cui similia habet Lucretius, alias Ep curi de grege porcus, l. v.

*Si nulla fuit genitalis origo*
*Terrarum & cæli, semperq; æterna fuer*
*Cur supra bellum Thebanum, & fune Trojæ*
*Non alias alii quoque res cecinere poëtæ*
*Quo tot facta virum toties cecinere? n usquam*
*Æternis famæ monimentis insita flo rent?*
*Verùm, ut opinor, habet novitatem sum ma, recensque*
*Natura est mundi, neque pridem exordi cœpit.*

Neque verò huic argumento quicquan officit ratio illa, quam AEgyptius sacer dos in eodem loco Platonis adfert, quas propterea *Græcis nulla ex vetustatis com memoratione prisca opinio, nulla cana sci entia sit, quia multa & varia hominun exitia fuerunt eruntque.* Hinc ibiden addit, & Soloni hæc ingerit: *apud vos qui dem & alias gentes res gestæ nuper lit teris monumentisque traduntur, sed cer tis temporum curriculis illuvies immissa*

*cæli-*

*cælitus omnia populatur. Ideò qui succedunt, & litteris & musis orbati sunt. Quo fit, ut quasi juvenes iterum sitis & rudes, præteritarum rerum omnium prorsus ignari.* Confer A. l. IV. c. XIII. qui idem argumentum ex Platone urget: nam si quid hujusmodi fieri contigisset, non referre prætermisissent Græciæ aliarumque gentium scriptores, nec res tantas, novitate suâ plane singulares, & memoratu longè dignissimas, silentio penitùs obvolutas reliquissent, qui res longè minoris momenti magnâ cum industriâ prosecuti sunt. Quòd si vel maximè nullus omninò historicorum de inundationibus & conflagrationibus illis universarum gentium vel verbulum fecisset, reliquiæ tamen vetustatis saltem aliquæ superstites mansissent. *Omittamus igitur conjecturas hominum, nescientium quid loquantur de naturâ vel institutione generis humani. Alii namque semper fuisse homines opinantur, & cum illis dictum fuerit, si semper humanum genus fuit, quonam modo verum loquatur eorum historia, narrans qui fuerint, quarumve rerum inventores, qui primi liberalium disciplinarum aliarumque artium institutores, vel à quibus primum illa vel illa regio parsque terrarum, illa atque illa insula incoli cæperit; respondent, dilu-*

*viis & conflagrationibus per certa inter-valla temporum non quidem omnia sed plurima terrarum ita vastari, ut redigantur homines ad exiguam paucitatem &c. Dicunt autem quod putant, non quod sciunt: Fallunt etiam eos quædam mendacissimæ litteræ, quas perhibent in historiâ temporum multa annorum millia continere, cum ex litteris sacris ab institutione hominis nondum completa annorum sex millia computemus.* Adde Origenem l. I. contra Celsum, ubi hanc Ægyptiorum opinionem *fabulam* appellat. Etsi autem *diluvium Deucalionis nequaquam ad Ægyptum, neque ejus vicina pervenit*, ut Augustinus l. XIIX. de C.D. cap. x. monet, & locum Platonis accipit Vives in comm. ibidem; falsum tamen est Ægyptios inundationum semper exortes fuisse, & Strato contrarium testatur apud Strabonem l. I. qui *AEgyptum priscis temporibus mari fuisse inundatam* affirmat & probat:

XI. Quintò: *AEgyptiorum sapientiam commendavit D. Stephanus Actorum 7. neque fabulam idcirco putavit omnem illorum sapientiam. --- Sacerdotes AEgyptios judicio Stephani sapientes sanctos, adeone rerum imperitos fuisse putabimus, ut tam recens mundi principium ignoravissent, quale statuitur ab Adamo*

*ve*

*vel adeone sycophantas, ut quas pro compertis habuissent fabulas, pro compertis historiis obtrudere voluissent, si quid tale de principio illo vel novissent, vel dubitavissent.* Verùm neque Stephanus, nec quisquam alius Christianorum (quod nos quidem sciamus) omnem Ægyptiorum humanam scientiam fabulam putavit, sed hoc saltem asserimus, ab Ægyptiis multas fabulas, commenta & mendacia litterarum monumentis fuisse consignata, quod citra impudentiæ crimen nemo temere inficias ierit. Nec pugnat aut contradictionem implicat, ut quis à sapientiâ commendatus fabulas interdum misceat: si enim Plato divinus & sapientissimus pene omnibus habitus, *quamplurimas fabulas Philosophiæ suæ attexuit*, quod A. l. III. cap. VII. admittit; quidni & Ægyptiorum sacerdotes dilaudari potuerunt, etsi historiam Sacram incrustarunt, ac fabulosa multa addiderunt. Quantacunque autem Ægyptiorum sapientia fuerit, humana tamen fuit, nec tanta, ut ipsam etiam mundi veram originem indagare potuerit; sapientes sacerdotes illi fuerunt in quibusdam disciplinis Philosophicis, aut potiùs intra initia illarum quasi hæserunt, nec ad summum fastigium pervenerunt, tantùm abest, ut orbis & generis huma-

ni ortum indicare potuerunt. Adde n. 1: hujus capitis. Illud porrò nunquam probabit A. Ægyptios Soloni aliisve imponere non voluisse, nec facinus ejusmodi ab ipsorum moribus abhorret & alienum est : quanta enim illorum improbitas fuerit, cùm aliunde elicere est, tùm ex eo evidens sit, quòd αἰγυπτιάζειν dolosè agere, & αἰγύπτιος πανοῦργον Comicis significat; malitiam eorum illud apud Erasmum adag. ch. l. II. cent. x. n. XXXIX. indicat, λυδοὶ πονηροὶ, δεύτεροι δ' αἰγύπτιοι, *Lydi improbi, post hos secundi Ægyptii*, & cent. VI. num. LVII. δεινοὶ πλέκειν τὰς μηχανὰς αἰγύπτιοι, *nectunt stupendas machinas Ægyptii*, quod de consutis dolis dictitatum est. Ut ut autem ab imposturâ eos liberes, tamen ignorantiâ, lapsu & errore, adeoque invitis illis & insciis παραπτώματα hujusmodi excidere potuerunt, & Philosophis ab ipsis persuaderi, qui veræ antiquitatis juxta cum illis penitus fuerunt ignari.

XII. Sub finem capitis tertii l. III. adducit A. quæ de Scytharum, Phœnicum, Gallorum, Sinensium & Americanorum antiquitate traduntur. Et verum quidem est, quam plurimas olim gentes de generis vetustate gloriatas fuisse, & ex φιλαυτίᾳ, omnibus pene hominibus innata, de antiquitatis gloriâ conten-

endisse; sed concertationes illæ omnes & contentiones futilissimæ fuerunt, nulloque certo ac firmo fundamento nitebantur. *De cujusque nationis antiquitate non modò Græci, sed & Barbarorum plerique ambigunt, qui indigenas se esse jactitant*, ut Diodorus Siculus scribit lib. 1. cap. 1x. qui de singulorum antiquitate aliquid certi definire nequidem ausus est. Sic *Psammetichus, sciscitando, quinam primi hominum extitissent, nullum exitum invenire potuit*, referente Herodoto in Euterpe; frivolo admodum argumento, quod ibidem legere est, moti *Ægyptii, qui ante Psammetichum omnium hominum se primos extitisse arbitrabantur, eo regnum adepto quum incessisset cupido noscendi, quinam primi hominum extitissent, ex eo tempore putaverunt, Phrygas quàm se priores extitisse se vero quàm cæteros.* Phryges ergò causam vicerunt, & mortalium omnium antiquissimi habiti sunt non modo ab Ægyptiis, verum & aliis; nam *Dat cuncta vetustas Principium Phrygibus*, si Claudiano lib. 11. in Eutrop. credimus. Sed hoc non admiserint Scythæ apud Justinum l. 11. c. 1. qui rationes Ægyptiorum refellunt, & alias pro suâ vetustate ex Physiologiâ deductas in medium adferunt, de quâ controversiâ hoc

tandem judicium fert Justinus: *his argumentis superatis Ægyptiis, antiquiores semper Scythæ visi.* Multò minùs hoc concesserint Arcades, qui luna ipsa antiquiores videre volebant, ideoque προσέληνοι & προσεληνιᾶιοι dicti. Ovidius l. II. Fastorum:

*Ante Jovem genitum terras habitasse feruntur*
*Arcades, & Luna gens prior illa fuit.*

adde Josephum l. I. contra Apionem, Euseb. l. x. præp. Euang. c. VII. & qui stoliditatem illam ac stuporem exagitant, Lucianum libello de Astrologiâ, & Aristophanem in Avibus. Pertinet huc & Atheniensium gloriatio, de quibus ita Cicero pro Flacco: *Athenarum urbs vetustate eà est, ut ipsa ex sese cives suos genuisse dicatur.* Contra Ægyptii dicunt, *Athenienses coloniam Saitarum esse ex Ægypto, sibique cognatos aliquot documentis probare nituntur,* apud Diod. Sic. l. I. c. XXIIX. quæ tamen *nec firmis demonstrationum argumentis, nec idoneorum testimoniis auctorum subniti,* ibidem fatetur. In tàm diversas igitur sententias distracti sunt Gentiles, quòd vanis saltem hariolationibus ducerentur, nec certi quid & explorati, quod sequerentur haberent, quod cùm de omnibus in universum Gentilibus verum sit, Mosen ut accedamus necesse

necesse est, qui veram antiquissimorum populorum originem aperit. Atque hæc in genere sufficiant; quod jam in specie Scythas attinet, de iis ita A. l. IV. c. XIII. *Nullam fidem adhibeo Scythis, ubi se populorum antiquissimos gloriantur.* Imò Scythæ ipsi *gentem suam omnium novissimam esse ajunt, & ex quo extiterunt à primo Rege Targitao, usque ad Darii adversus ipsos transitum, annos omnino mille non amplius fuisse*, apud Herodotum in Melpomene statim ab initio. Phœnices apud gravissimos scriptores sunt Ebræi ipsi. *De Americanis* autem *homines docti affirmant & scribunt, omnia monumenta & relationes eorum non ascendere supra quadringentos annos, superiora esse meras tenebras, è quibus nihil certi potest erui. Nec mirum hoc videri potest, nam cum destituantur libris & scriptura, cujus loco habent sibi familiares Quipocamayos, multum & difficile est, quod quadringentorum annorum rationem possunt reddere*, uti testatur Josephus de Acost. l. 1. hist. Ind. c. XXV. ex quo habet Laetius l. 1. de Orig. American. p. 107. Sinensium periodus, quæ merito Scaligero prodigiosa visa est, quàm fidem mereatur, vel ex eo solo constat, quod homines ex terrâ ortos fuisse etiamum sibi persuadent, de quâ profanâ Gentilium sententiâ disputat La-

ctantius l. II. Inst. c. XII. De loco Cæsaris videri potest G. Hornius operis recentissimi de Philosophis l. II. c. XI.

XIII. *Quartò* antiquissimam mundi creationem A. probat ex progressu Astronomiæ, Astrologiæ, Theologiæ, & Magiæ Gentilium l. III. c. VII. & sequentibus, in quo argumento duo sunt, quæ præsupponit ut certa, unum est, *Chaldæos disciplinarum illarum exactam peritiam habuisse tempore Abrahami* l. III. c. VI. IIX. alterum est, *Ægyptios disciplinas easdem Mosis seculo amussitata opera caluisse*, ibidem. Utrumque non saltem probationis, quam non attulit A. indiget, sed penitùs falsum esse videtur: & ut de priori hypothesi primùm dicamus, Chaldæos tàm exquisitam doctrinæ sideralis scientiam minimè habuisse inde manifestum fit, quòd *de solis defectionibus infirmissimas demonstrationes afferunt, quas nec prædicere, nec ad certum redigere tempus audent. De terrà quoque peculiares omninò sententias proferunt, dum scaphæ similem cavamque esse affirmant*, teste Diodoro Siculo l. II. c. XXXI. Certè si Chaldæi scientiam eam tam perfectè noverunt, *cur igitur sequentium temporum Astrologi non per omnia sectati sint Chaldæorum disciplinam? Cur Græci in tantum ab his postea diversi abiere? cur*

Pto-

*Ptolomæus aliam etiam à veteribus Græcis semitam sibi fecit? Cur denique hodierni Astrologi aliam fecerunt hanc artem, ut cum antiquâ eandem esse non cognoscas?* ut rectè Salmasius præfat. ad librum de annis Climactericis monet, ad quam, qui plura cupit scire, amandamus, alioquin tota illa præfatio exscribenda esset. Quòd si autem etiam sequioribus seculis illa Chaldæorum scientia in multis adeò defecit & nævis suis laboravit, quis sibi persuaderi patietur, jam tùm Abrahami tempore scientiarum illarum veritatem Chaldæis penitus exploratam & cognitam fuisse? Porrò & illud legitimè probandum, non verò simpliciter sumendum erat, *Ægyptios disciplinas easdem seculo Mosis amussitata opera calluisse*; contra, si AEgyptii artes illas tam exquisitè docti fuerunt, cur igitur nemo Mathematicorum & Astronomorum in laudes Ægyptiorum se effundit, cur Ptolomæus Astrologus summus, Ægyptiorum sententias tam sicco pede præterit? cur si tam insignes viri fuerunt, usque adeò ignoti manserunt? cur sequentium seculorum Mathematici, Græci & Latini, AEgyptiorum inventa correxerunt, emendarunt, & nova quædam addiderunt? Nempe ἀκέφαλος & manca Ægyptiorum scientia erat,

quod non saltem de disciplinis illis, sed omni in universum eorum Philosophia & Theologia profiteri ausimus, nec apud omnes tueri vereamur. Interea videatur ὁ πολυΐστωρ H. CONRINGIUS libro de Hermeticâ Ægyptiorum vetere Medicinâ c.X.XI. XII. XIII. XIV. qui assertionem nostram tàm luculenter demonstravit, ut si quid ipsius observationibus hic adjicere conaremur, *Cræsi thesauris teruntium addere* meritò existimari possemus. Neque verò singulari illi, & ab A. tantopere jactatæ Ægyptiorum sapientiæ comprobandæ inservit, quòd *Moses in omni sapientiâ AEgyptiorum eruditus legitur*, Act. VII. 22. nihil enim aliud eo elogio significatur, quam quòd Moses in iis Philosophiæ & artium liberalium studiis institutus fuerit, quibus sapientes censebantur, & reliquos Gentiles, studiorum sapientiæ rudes, eo tempore antecellebant Ægyptii, quod tamen nondum evincit insuetam & amussitatam eorum sapientiam, rerumque cœlestium ac naturalium perfectam cognitionem. S. Augustinus lib. XIIX. de Civ. Dei cap. XXXVII. de sapientiâ Ægyptiorum ita sentit: *In AEgypto jam fuerat ante Moysem nonnulla doctrina, quæ illorum sapientia diceretur; alioquin non scriptum esset in libris sanctis, Moysen eruditum*

*tum fuiße omni ſapientiâ ÆEgyptiorum, tunc utique quando ibi natus eſt, & à filiâ Pharaonis adoptatus atque nutritus, etiam liberaliter educatus eſt.* Et in c. XXXIX. *Ipſa ÆEgyptiorum memorabilis doctrina, quæ appellata eſt ſapientia, quid erat niſi maximè Aſtronom., & ſi quid aliud talium diſciplinarum magis ad exercenda ingenia, quàm ad illuminandas verâ ſapientiâ mentes valere ſolet?* Plura in eandem ſententiam legere eſt apud Clement. Alexandr. Strom. 1. Auguſt. l. 1. qu. in Gen. Philon. l. 1. de vitâ Moſis. Sed concedamus A. & admittamus utramq; illam hypotheſin, quæritur jam, *utrum poſsibile fuerit Chaldæis, diſciplinarum illarum exactam peritiam aſſequi per illud tempus, quod ab Adamo formato ad natum Abrahamum intercipitur? utrum quin etiam valuerint ÆEgyptii diſciplinas eaſdem per annorum ſpatium illud adipiſci, quod ab Adamo ad Exodum, à Moſe procuratam, numeratur?* Utrumque A. negat atque inde concludit; mundum cum Adamo creatum non fuiſſe. Equidem non negamus, ad artium propagationem longinquitatem vitæ & temporis neceſſariam eſſe, nec niſi ingenti admodum ſtudio earundem veritatem explorari poſſe: tot tamen annos, quot A. vult, ad ſcientias illas Mathematicas addiſcendas, perficiendas, abſo-

ſolvendas ſimpliciter requiri negamus. Minorem certè numerum ponit Joſephus, qui l. I. A. J. c. IV. de lõngævitate ante diluvianorum ejuſque cauſa agens, *propter utilitatem*, inquit, *inventarum artium, ut Aſtronomiæ ac Geometriæ, Deus illis prolixiorem vitam largitus eſt, quarum certitudinem aſſequi non poterant, ſi ſexcentos annos non vixiſſent.* Cui non repugnabunt alii quoque artium illarum gnari: ſi enim id ſtudium breviori ſpacio abſolvi non poteſt, qui fit, quod nullus Mathematicorum, qui per tot ſecula hactenus vixerunt, hoc argumento mundi novitatem impugnavit, qui optimè noverunt, quod ſecula à mundo condito effluxerint, & quot anni ad artes Mathematicas inveniendas & perpoliendas neceſſarii ſint? cur nemo hujus objectionis mentionem fecit? Huic accedit, quod certis teſtimoniis conſtat, artes illas revera poſt Adamum inventas eſſe: Sphæræ enim inventio Atlanti adſcribitur apud Diodorum Siculum lib. III. cap. LX. *Exactam Atlantem Aſtrologiæ cognitionem habuiſſe perhibent, qui & Sphæræ rationem primus manifeſtarit, ex quo mundum univerſum humeris ejus incumbere nata eſt opinio, cum inventam ab eo Sphæram & deſcriptam hàc fabulà adumbret.* adde Pli. l. II c. IIX.
l. VII.

l. vii. cap. lvi. Aſtronomiam & Aſtrologiam nuperum itidem inventum eſſe ſupra c. iv. num. vi. oſtendimus; ſuffragatur nobis Plinius l. vii. c. lvi. *Aſtrologiam Atlas Lybiæ filius, ut alii Aſſyrii, invenit.* Idem dicendum eſt de Gentilium Theologiâ & Magiâ: nam apud Ægyptios *Mercurius primus Deorum cultus & ſacrificia ordinavit*, ut ex ore ſacerdotum Ægyptiorum refert Diod. Siculus lib. i. cap. xvi. & Idololatriæ auctor eſt, de quo Euſebius lib. i. præp. Euang. c. x. legi poteſt. Dii eorum itidem recentes admodum & novi ſunt, ſicuti & Græcorum, ceu latè oſtenderunt Euſebius, Clemens Alexandrinus, Lactantius, Arnobius, Minucius Felix, aliique quàm plurimi & in Ethnicorum ſcriptis excellenter verſati Patres. Denique magia Gentilium non ex arcanis eiſdemque indubitatis naturæ principiis per infinita aut innumerabilia experimenta extructa, ſed tota dæmonibus accepta ferenda eſt, quod cultus malorum ſpirituum plus ſatis demonſtrat, in quo plerique Gentilium occupatiſſimi fuerunt. Ut longe falſiſſimum ſit, *non dæmonum præſtigias, ſed ſtupenda artis Magicæ oſtenta fuiſſe*, quæ magi Pharaonis coram Moſe fecerunt, ſicut A. l. iii. c. xi. exiſtimat. Quantò rectiùs S. Auguſt,

l. IIX. de Civit. Dei c. XIX. *Omnia miracula magorum doctrinis sunt & operibus dæmonum.* Et. l. x. cap. IIX. *Magi Pharaonis facere quædam mira permißi sunt, ut mirabilius vincerentur; Illi enim faciebant beneficiis & incantationibus magicis, quibus sunt mali angeli, hoc est, dæmones dediti: Moyses autem tanto potentiùs, quantò justius in nomine domini, qui fecit cælum & terram eos facilè superavit*: ut de Justino, Tertulliano, Ambrosio, Gregorio Nysseno, Lactantio, nunc nihil dicamus.

XIV. Hæc igitur ea fuerunt, quæ A. *de retrò antiquißimis temporibus ex profanâ etiam historiâ* & Gentilibus proferre voluit, & *quæ ille apud se seriò reputans & diligenter expendens, non dubitavit primorum hominum creationem à principio rerum, longissimè ante Adami revocare tempora.* Quam autem vim habeant, & cujus ponderis sint, ex responsionibus nostris manifestum esse putamus, iisdemque concordem Patrum primitivæ Ecclesiæ, & hodiernorum Theologorum sententiam jure merito præferimus, quam tamen hic colligere nihil necesse est, cùm & in superioribus hinc inde aliquot Patrum testimonia in hanc rem congesserimus, nec A. diffiteatur, sententiam de Adamo primò omnium creato in univer-

sis

is Christianorum scholis communiter receptam esse. Videamus potiùs objectiones, quibus hunc consensum elevare conatur; ac primò quidem ait: *filii hujus seculi prudentiores sunt filiis lucis in generatione suâ, ajebat Dominus ipse, Lucæ 16. Quo loci filii seculi Gentiles sunt: filii lucis, Judæi intelliguntur. Prudentiores ergo fuere, sapientiores & perspicaciores, filii seculi & Gentiles, filiis lucis & Judæis: non in cognitione Dei, sed in generatione suâ, id est, in rebus illis, quæ genus, gentilitium, originem & creationem suam spectabant: quæ historiam terrarum orbis, quæ naturam hominum, quæ scientias humanas, quæ res ab hominibus gestas & inventas pure sapiebant*, l. III. c. VII. Et rursus l. IV. c. XIII. *Christiani patres, qui primis à Christo seculis vixerunt, quos & filios lucis appellare fas est; ut neque prudentiores fuerunt filiis seculi in generationibus suis, ita neque illis in generationibus iisdem disquirendis sagaciores & perspicaciores fuerunt.* Sed nemo non videt, ejusmodi esse hanc interpretationem, ut aut A. non perpenderit, quid diceret, aut omnes omnino Christianos cum Judæis irridere voluerit; quis enim in linguâ Ebræâ vel mediocriter versatus nescit, בן sive *filium* alicujus rei dici, qui eam ipsam rem amat aut sectatur, sive dedi-

deditus devotus, addictus aut obnoxius est, sic Prov. xxxi. 5. בני עני *filii afflictionis*, sunt afflicti; v. 8. בני חלוף *filii transitus* sive immutationis, quorum vita cum morte commutanda est, 1 Sam. xx. 31. בן מות *filius mortis*, hoc est, גבר חיב קטול *vir dignus, ut interficiatur*, uti Chaldæus reddidit. Psal. cii. 21. בני תמותה *filii cædis* sive *occisionis*; Chaldæus: בניא ומסירין למיתותא *qui traditi sunt ad mortem*. Aben Esra בני מותה שהם מוכנים לטבחה ולמוות *filii interemptionis, qui mactationi & morti sunt destinati*, Juxta R. Sal. Jarchi sunt חולי למות *qui ægrotant usque ad mortem*. Hinc postea in N. Test. Eph. ii. 2. *filii incredulitatis* sunt increduli, diffidentes. 1 Pet. i. 14. *filii obedientiæ* (sunt obedientes, morigeri. Eodem pacto in loco nostro *filii hujus seculi* sunt homines præsenti vitæ, & mundi hujus impietati addicti, qui seculum hoc toto corde sectantur & amant, *filii* autem *lucis* sunt illi, qui lucem amant & desiderant, qui in luce degunt, qui luce Spiritus sancti sunt illustrati. Filii igitur hujus seculi, sive qui sortem in hoc tantùm mundo obtinent, filiis lucis prudentiores sunt, id est magis astuti, callidi & versuti; locutus enim erat Servator noster de ingenio callidi & fraudulenti dispen-

sato-

atoris, qui tum adhuc œconomus, & nox ab officio suo deponendus erat, su- rebus prudenter consuluerat, & liorum benevolentiam sibi conciliave- at, cui statim subjicitur apodosis & copus parabolæ, ut videlicet & filii lu- is ac credentes in tempore, & dum ad- uc vivunt, rebus suis provideant, quo n æterna tabernacula tandem recipi- ntur. Neque verò in omnibus filii ujus seculi filiis lucis prudentiores unt, sed saltem *in suâ generatione*, oc est, *in genere suo, nimirum in terrenis utilitatibus, ac commoditati- bus, sibi suisque comparandis: quip- pè qui nihil de supernis æternis- que bonis cogitantes, omnem curam sollicitudinem, industriam, operamque in hujus vitæ caducis bonis conqui- rendis, conservandis, augendis ac fru- endis collocare videantur.* At *hujus mundi homines, in ejusmodi adinventio- nibus longè superant viris pietatem colen- tes; qui nihil aut parum solliciti de vitæ huius commodis tanquam brevi perituris, omnia studia sua, & omnes conatus in æ- ternæ vitæ bonis comparandis, libenter atque alacri animo conferunt*, ut opti- mè hunc locum explicat Torniellus in Annalibus sacris sub Anno mundi 133, n. 1. & ante eum Patres ac Inter- pretes

pretes communiter. A. autem loco huic ex formulâ inibi positâ eam significationem affingit, quæ neque apud ullum veterum Ecclesiæ Doctorum neque apud hodiernos & Ebraizantes Christianos reperitur, ac proinde exsibilari mereretur. Secundò dicit: *sapuere illi* (Patres) *quæ cæli erant & creationis secundæ: neglexere, quæ terræ erant & creationis primæ*, l. IV. c. XIII. Sed hoc fortasse non dixisset, si scripta eorum legisset, ex quibus sole clarius apparet, sanctissimos illos viros in omni litterarum genere versatissimos, incomparabilem omnis antiquitatis cognitionem ad sacros libros explicandos attulisse. *Nonne aspicimus, quanto auro & argento, & veste suffarcinatus exierit de Ægypto Cyprianus doctor suavissimus, & martyr beatissimus? quanto Lactantius? quanto Victorinus, Optatus, Hilarius, ut de vivis taceam? quanto innumerabiles Græci? Quod prior ipse fidelissimus Dei famulus Moyses fecerat, de quo scriptum est, quod eruditus fuerit omni sapientiâ Ægyptiorum*, scribit S. August, l. II. de Doctr. Christ. c. XL. adde Enchirid. ad Laurent. cap. IX. XVI. XVII. l. IV, Confess. cap. XVI. l. VI. cap. III. ubi de se scribit, quòd *omnes artium liberalium libros evolverit, & artem differendi, Mathemata, Musicam, Arithmeticam, sine difficultate,*

*te, nullo præceptore intellexerit, impen- etiam Astrologiæ deditus fuerit.* De ertull. Lactant. scribit l. v. cap. 1. quòd *omni genere litterarum peritus* fuerit. Eusebius l. x. præp. Euang. c. ix. *Homines apud nos extitere, diserti & nulli eruditione secundi, quique plurimum divinis in litteris operæ studiique collocaverunt. Ii m istam accuratè admodum & enucleatè persequuti, antiquitatis Ebraicæ fidem magna rationum vi ac singulari varietate fecerunt. Alii quippe certis quibusdam ex historiis & omnium consensu approbatis, temporum seriem ordinemque duxerunt: alii suis ipsi testimoniis firmitatem ac robur ex antiquorum scriptorum auctoritate quæsierunt. Et alii quidem adhæsere Græcis, alii verò ex rerum etiam Phœniciarum, Chaldæarum & AEgyptiarum historicis argumenta petierunt; at simul universi Græcis, Barbaris Hebraicisque rebus sub uno collocatis aspectu, omniumque populorum historia sigillatim inter se propiusque commissis, quæ apud quosque sub idem tempus gesta sunt, cum aliis alia diligenter expensa contulerunt.* Videat ergò A. libros Patrum, & pudeat eum tam temerariæ præcipitationis in censendo. Tertiò: *negligentia, quæ primos occupavit, sequentes habuit Christianos Antistites, qui non alios noverunt,* quàm

*quàm Adamo genitos homines*, ibidem
Hic verò prodit, quàm clementer de me
diæ & recentis ætatis Doctoribus eorum
que doctrina sentiat, dum tanto superci
lio se præ aliis vigilantem, industrium &
doctum facit; & tot sapientissimis viris
se novus agyrta objicit. Sed multas cau
sas habet, cur ab illorum reprehensione
abstinere debuisset, qui sacrarum littera
rum & Theologiæ penitùs ignarus & ru
dis est.

XV. Postquam autem de Gentilium testimoniis, quòd satis nobis visum fuit diximus, subjungemus jam, quæ A. adhuc ex Scripturâ affert, & quæ iis refellendis faciant, breviter annotabimus. Libro igitur IV. cap. II. objicere sibi videtur hoc argumentum: *Neque enim me movere debuit, quod illorum hominum* (Præ-Adamitarum) *Genesis expressim non meminerit*. Rectè hoc objicitur A. si enim homines longissimè ante Adami tempora creati fuissent, quomodo Moses illorum creationem prætermisisse potuit, qui totius hujus universi fabricationem, & primorum hominum originem non incidenter atque obiter, sed ex professo & diligentissimè descripsit; adhæc res illa non parvi, sed maximi momenti sit, quamque Moses infallibiliter nosse poterat, & certo scire omnium hominum inter-

nterierat: quis igitur ex pertinaci divini & primi nascentis mundi historici silentio non colligat, Præ-Adamitas in cerebro A. natos fuisse? Respondet autem hoc modo: *Imo eo ipso mihi fieri satis putavi, quod homines illos expresse non negaverit.* Sed hoc non sufficit, nam neque Genesis, neque Liber sacer alius ullibi expressè negavit, Adamum esse omnium hominum primum simpliciter, & tamen A. negat, eum totius generis humani unicum parentem esse; Adhæc quæstio illa, an homines ante Adamum in rerum naturâ extiterint, facti est, adeoque testimoniis, factum contestantibus, demonstranda est, ut supra diximus. Porro & hoc argumentum ibidem adfert: *Nulli homines nominatim leguntur ante Adamum in Genesi. Ergo nulli fuerunt ante Adamum.* Ad quod statim respondet; *atqui negatur sequi illud.* Quare verò? *Constat enim, neque omnia scripsisse Genesin, neque omnia negari debuisse, quæ suppressit Genesis, cujus institutum erat scribere, non historiam primorum hominum, sed primorum duntaxat Judæorum.* Eadem paulò infra repetit & addit: *incipit certè apud Mosen Judæum, atque apud Josephum Judæum, & rerum Judaicarum Scriptorem Judæorum origo ab Adamo.*

*mo. Postquam nimirum enarravit Mo*
*Gentilium originem, ab ipsâ mundi ori*
*ne.* Verùm falsum est, describi in Ge
si historiam saltem & originem prim
rum Judæorum, ut supra ostendimus c
III, n. x. nullus enim Judæus per mul
secula, ab origine mundi elapsa, fu
eùm post tempora Judæ Patriarchæ
dæorum gens & nomen exortum fuer
ut ex cap. III. n. I. manifestnm est, c
quædam ex Eusebio adjiciemus, is eni
l. VII. præp. Euang. cap. VI. inter Ebr
os & Judæos distinguit: *cùm nullum e*
*taret adhuc Judaismi vestigium, Hebr*
*fuerunt, qui tamen Judæi nec essent n*
*vocarentur. Itaque vel hinc utrorumq*
*discrimen intelligas, quod Judæi quidem*
*Juda nomen acceperint, Hebræi aute*
*ab Hebero. Ac Judæos antiquiores fuis*
*divinis quoque litteris edocemur, &c.* Et
c. VII. de Josepho ait: *Hebræus is, n*
*Judæus erat, nec enim Judæorum ad h*
*gens ulla coaluerat.* Josepho autem inj
riam facit, si in suam sententiam eum c
pit pertrahere, expresse enim dicit l.
contra Apionem: *libros sacros Mosis na*
*tivitates continere, & humanæ generat*
*onis traditionem habere, idque tempu*
*de tribus millibus annorum paululum m*
*nus esse.* Et l. I. A. J. c. II *Sexta die D*
*us hominem finxit --- de hominis fabrica*
*tion*

*ione Moses in hunc modum differit: finxit Deus hominem, sumens pulverem de errâ, immisitque in eum spiritum & animam; homo autem hic vocatus est Adamus.* Ex quo liquet, Josephum in eâ fuisse sententiâ, Adamum esse illum hominem, quem Deus sextâ creationis die creavit, hinc l. I c. IV. disertè *Adamum primum factum fuisse* adeoque primum hominem esse fatetur.

XVI. Libro IV. cap. X. *Longissimè illi falluntur in dispensatione & assignatione rerum gestarum à mundo condito, qui mundum conditum statuunt cum Adamo formato. Tum vero, qui mundum nupere natum, mox moriturum arguunt. Principium illi & finem rerum tam angustis hinc atque hinc coarctavere temporum spatiis, ut nullo modo ad cancellos illos quadrare possint, quæ de mundo creato ab æterno, & in æternum duraturo leguntur apud Prophetas & Apostolos.* Verùm ut ad posterius primò respondeamus, paucissimi quondam Gentiles statuerunt mundum in æternum duraturum, plerique mundum interiturum affirmant. Idem tàm apertè sacræ litteræ affirmant, ut sine flagitio in dubium vocari, multò minus negari queat: Sic Psalm. CII. 27, *Cæli peribunt sicut vestis veterascent, sicut pallium mutabis eos & mutabuntur.* Es. LI. 6. *cæli*

6. *cæli sicut fumus deficient & terra sic*
*vestimentum veterascet, & habitatores*
*jus similiter interibunt.* Matth. XXIV. 3
*Cælum & terra transibunt.* II Pet. II
10. *Veniet dies Domini, ut fur in nocte*
*in quo cæli magno impetu transibunt, ele*
*menta verò æstuantia solventur, & terr*
*& quæ in ipsa sunt opera exurentur.* Re
liqua supervacanea sunt, cùm hic mani
festa Scripturæ divinæ testimonia habea
mus, & rectè Eusebius Episcopus The
salonicensis apud Photium eod. CLXI
ἐναντιοῦται τῇ τε παλαιᾷ καὶ νέᾳ γραφῇ, καὶ τοῖς ἁ
γίοις ἡμῶν πατράσιν, ἄφθαρτον καὶ ἀνώλεθρο
τὸν κόσμον δοξάζων, *adversatur veteri & no*
*væ Scripturæ, & sanctis nostris Patribus*
*qui mundum incorruptibilem & interitu*
*expertem existimat.* Eodem pacto infi
nita ferè Scripturæ loca perspicuè do-
cent, mundum non semper adeoque nec
ab æterno fuisse, sed in tempore sui ha
buisse initium, è multis damus ista, quæ
A. citat. Gen. I. 1. *In principio creavit*
*Deus cælum & terram*, unde ita argu-
mentamur: Quicquid in tempore spatio
sex dierum à Deo est creatum, illud non
est æternum. Atqui mundus in tempo-
re spatio sex dierum est creatus. E: Minor
habetur. Gen. I. 1. II. 1. Major proba-
tur, quia æternum esse & in tempore in-
cipere, manifestam contradictionem im-
plicant:

plicant: quod enim aliquando & in tempore incepit, non ſemper fuit, æternum autem ſemper fuit, adeoque ſi quoddam, quod in tempore incepit, tamen ab æterno etiam fuit, ſimul fuit & non fuit, quod eſt contradictorium. Excipit A. *Illud certe audacter aſseveraverim, nos non noviſſe principium illud.--Suus eſt, fateor, ergo determinatus numerus ſeculorum, quæ computantur ab illo principio uſque ad nos. At enim ſeculorum, quæ fuerunt à principio, omnium ſummam conficere, non exiſtimo talem unquam numerationem competiiſſe humano computo. In numeris illis neque eſt numerus, &c.* l. IV. cap. X. confer. l. III. cap. V, ubi ait, *primos homines creatos in principio illo, cujus nullum datur hominibus determinatum principium.* Et l. V. c. V. *principium illud rerum eſſe ſine principio.* Sed clamet, quantum libet, nunquam tamen oſtendet, multitudinem illorum ſeculorum tantam eſſe, ut ea mortalibus omninò ſit innumerabilis & incognita: nos è contrario probavimus ſupra c. II. n. IIX. Adamum eſſe primum hominem ſimpliciter, oſtendimus ibidem n. X. ex ore Servatoris noſtri, maſculum & fœminam, Geneſeos primo capite memoratos, eſſe Adamum & Evam, quod vel ſolum A. errorem funditus demolitur; ſi enim

formatio Adami, quam memorat Moses Gen. II. 7. seqq. non est diversa à creatione maris, quam idem ille Genſ. I. 27. narrat, ergo Adamus est idem ille masculus, qui ab initio rerum & die sextâ creationis à Deo conditus est, & certò sciri potest, quot anni ab exordio mundi & rerum omnium creatione effluxerint. *Compertum enim est, tempora non esse innumerabilia, quæ à nobis ad Adamum usque computantur. At neque inde finita & inde terminata in illo sunt. Definiuntur enim & determinantur tempora in Adamo, noto seculorum computo*, ut fatetur A. l. IV. c. XII. Ad hæc sententiæ nostræ confirmatio ex opinionis & distinctionis, ab A. primùm inventæ, refutatione liquido manifesta est; eversa enim & protritâ distinctione inter creationem universalem Gentilium, & particularem Adami, de quo videri potest c. III. à n. X usque XIX, nostram sententiam, quâ formationem Adami & Evæ, primorum hominum creationem fuisse statuimus, sine omni dubio firmiter stare necesse est, & rursus constat, certo aliquo numero, nec admodum magno definita esse, & haud ingenti studio explorari posse secula illa, quæ à formatione Adami ad nostra usque tempora fuerunt elapsa. Ita ergo ex hoc loco patet, mundum non esse æter-

ternū.Id.probat locus ille,qui igitur Prov. 8. 22. *Dominus possedit me principio viæ suæ,ante opera sua ex tunc.* v.24. *cùm voragines non essent ,formata sum , cùm fontes non essent aggravati aquis* v.25. *antequam montes fundati essent , ante colles formata sum* v. 26. *antequam faceret terrā, & plateas,& præcipuas terras orbis* v. 27. *quando præparabat cælos,ibi eram,quando describebat eireino superficiem voraginis.* Hic verò rursus nescio quæ secreta venatur otiosus noster magister , & distinguit inter *æternitatem ante secula, & à seculis*, l. 1v. c. x. de quo tamen merito dixerimus, quod Epiph. hæresi 69. c. xxv. Arianis , vocem *creavit* urgentibus, respondet: *Isti cum Ebraicas voces non attigerint, neque quid sibi velint intelligant , temere ac petulanter vehementes hostes insurgunt , occasionem undique captantes,quâ fidem nostram, vel seipsos potiùs ( nihil enim adversus veritatem possunt) quâcunque ratione labefactent. Unde insubide ac sine ullo judicio nescio quæ sibi finxerint ,atque inania quædam introduxerunt , quibus terrarum orbem perturbarunt.* Nam præfixum Ebræorum מ non saltem *ab* , verùm etiam *ante* significat , cum primis quando de tempore sermo est, uti fit Es. XLIII. 13. Mich. v. 1. &c. Eodem sensu in Novo Testamento usupatur ἀπὸ , quod τῷ מ Ebræorum

orum respondet; hinc ἀπὸ τῶν αἰώνων *à seculis*, quod Paulus habet Ephes. III. 9. Coloss. I. 26. nihil aliud est quàm πρὸ τῶν αἰώνων *ante secula* quod legitur I Cor. II. 7. Sic ἀπὸ καταβολῆς κόσμου *à fundatione mundi* Apoc. XVII. 18. exponitur per πρὸ καταβολῆς κόσμου Ephes. I. 4.

XVII. Certum igitur sit, mundum nec æternum, nec secula, ab ejus exordio elapsa, innumerabilia & indeterminata esse. At enimvero hæc opinio sacris literis ridetur contraria, quæ multis locis innuunt, si A. credimus, mundi originem certò sciri non posse. Primo loco id patere putat ex Eccles. I. 2. *arenam maris, & guttas pluviæ, & dies seculi quis dinumeravit?* l. III. c. V. Verùm facilis est responsio, nam αἰὼν dicitur, quasi ἀεὶ ὤν. semper existens l. I. de cœlo t. 100. ita ut hâc significatione ab æternitate nihil differat, sed ejus synonymum sit, quo sensu etiam accipitur XII. Met. c. VII. Dies igitur τοῦ αἰῶνος notant æternitatem, & sensus est, quòd sicuti nemo hominum arenam maris & guttas pluviæ dinumerare potest, ita etiam dies æternitatis mortalibus incomprehensibiles sint, quod nobis non cōtradicit. Quod si quis velit, ævū hoc loco in strictâ significatione accipiendum esse, admitti id potest de diebus τοῦ αἰῶνος, quorum numerus difficulter, & vix ac ne

vix

vix quidem investigari potest, etsi de annis alia omnino ratio sit: aut de quibus ὁ αἰῶνος. ad consummationem usque mundi futuris, quos itidem cognosci non posse & certò sciri, apud omnes certum & extra controversiam positum est. Alter locus citatur ab A. l. III. c. v. & l. IV. c. XII. ex Eccles. XIIX. 8. *sicut gutta aquæ à mari, & sicut calculus arenæ, sic mille anni in diebus seculi.* Sed nihilo plus valet ad idem concludendum, quàm prior, cùm rursus Auctor libri velit, trium illorum parem esse rationem. Sicut enim una guttula aquæ respectu arenæ veluti nihil est: eodem modo mille etiam anni, æternitati collati, plane exigui, & velut nihil sunt: non secus atque Psalm. XC. 4. *mille anni* vitæ humanæ, in oculis Dei & ad ejus æternitatem collati, instar nihil sunt, & perinde habentur quasi *unica dies*, imò quasi *vigilia noctis*, seu nocturna, quæ tribus saltem horis constabat. Tertiò: *scientia de origine mundi, quæ soli Deo competit, homines fallit, quia à hominibus abscondita est: neque enim possumus tempora & fastos mundi evolvere*, l. III. c. v. Verùm hæ sunt meræ petitiones principii & probationes ejusdem per idem, ut quivis videt; adhæc scientia de origine mundi & generis humani Deo primario & per se competit, ac ho-

mines fallit, non tamen omnes, sed eos tantùm, qui divinâ revelatione sunt destituti. Haberi autem potest per eandem, in utriusque Testamenti libris comprehensam, expressam & generi humano traditam; ex illâ igitur supernaturali revelatione cognosci potest, quot annis totius hujus universi initium à nostro tempore distet, si videlicet, omnes annos retrò ad Adamum, generis humani unicum parentem, diligenter computemus. Quartò: *si filius Dei, qua homo fuit, finem mundi nesciit, qui possumus homunciones indagare mundi exordia*, ibidem. Verùm negamus consequentiam, quæ nullo, nisi futili illo fundamento subnixa est, quòd *eadem sit præteriti, quæ futuri ratio*, quod pariter inficiamur, & utriusque diversissimam rationem esse asserimus. Quo enim tempore mundus creatus sit, revelatum nobis, & ideò numerus annorum ac seculorum, quæ ab initio orbis terrarum ad nostram usque ætatem elapsa sunt, compertus nobis atque cognitus est: quoniam autem finem mundi Deus non patefecit, ideò nobis incomprehensibilis est: hinc igitur *de die illo & horá*, quâ cœlum & terra præteribunt, *nemo* hominum *scit, neque Angeli, qui in cælo sunt, neque filius, sed pater* Marc. XIII, 32. Neque etiam vel primitivæ

ivæ Ecclesiæ Patres, vel hodierni orthodoxi Theologi admittunt, Christum, qua hominem, simplici nescientia & ignorantia puræ negationis diem illum ignorasse, de quo tamen alibi latiùs disputandum erit.

XIIX. Quintò: *non est vestrum novisse tempora, vel momenta, quæ Pater posuit in suâ potestate*, Act. I. 7. l. III. c. V. & l. IV. c. XIII. Sed hic quoque locus malè ad hanc controversiam de origine mundi accommodatur, reprehendit enim servator noster eo loco curiosam discipulorum suorum sciscitationem de temporibus non præteritis, sed futuris, iisdemque verbis id saltem temerarium esse affirmat, si quis de futurâ duratione & fine hujus mundi certi quid atque explorati scire velit, quemadmodum ex toto contextu patet. Loquitur de solis illis temporibus, quæ Deus Pater in suâ potestate posuit, cujusmodi de mundi fine & consummatione affirmare licet, minimè verò de ejus ortu, quem perspicuè nobis patefecit. Optimè hunc locum explicat S. Augustinus l. XIIX. de Civ. D. c. LIII *frustra annos, qui huic seculo remanent, computare ac definire conamur, quum hoc scire non esse nostrum ex ore veritatis audiamus. Omnium de hâc recalculantium digitos resolvit, & quiescere*

*jubet ille, qui dicit. Non est vestrum scire tempora, quæ Pater in suâ posuit potestate.* Sextò: *Nulla priorum est memoria Eccles. 1. v. 11. Et verè. Memoria enim hominum finita & caduca, extendi nullo modo potest ad cognitionem priorum illorum, quæ infinito constant, & ab annis æternis derivantur*, l. IV. c. XII. Et paulo inferius: *non negavere principium mundi, sed incertum & incognitum existimavere, juxta Ecclesiastæ illud, Priorum non est memoria.* Confer l. III. c. V. At enim repugnat violentæ huic interpretationi contextus, ejusdemque antecedentia & consequentia, in quibus agitur de vanitate rerum humanarum, cujus argumentum esse ait. v. 9. *quòd nihil novi* sit *sub sole:* Huic assertioni objicit v. 10. *est quippiam, de quo dici possit, vide hoc novum est*: sed statim respondet, hoc quod tu novùm esse existimas, *jam pridem fuit in seculis, quod fuit ante nos.* Id latius explicat v. 11. *non est priorum memoria*, id est, nulla rerum præteritarum apud nos viget memoria, sed mera obtinet oblivio, quemadmodum *nec eorum, quæ postea futura sunt, recordatio erit apud eos, qui futuri sunt postea*: sed qui post nos nascentur, res nostras & nos silentio præteribunt, & quasi non fuissent, abscondent. Quòd si rerum antè gestarum aliquanto diligen-

[pr]iùs recordaremur, liquido appariturum [e]sset, nihil novi ſub ſole fieri aut exiſtere. Hic eſt verus Eccleſiaſtæ ſenſus, qui ex [v]erbis ipſis propriè acceptis, & totâ ſerie orationis fluit, quem quâ ratione ad incognitam mundi originem referat, aut referre poſſit, plane non apparet. Septimò: *Cogitavi dies antiquos, & annos æternos in mente habui. Supputavi dies, qui fuerunt à principio*, dicebat *David Pſalmo* 76. *Cogitavit & ſupputavit dies illos, ſed illorum computum aſſequi nequivit Propheta Rex*, l. IV. c. XII. Sed neque hic locus indeterminatam & incognitam mundi originem poteſt evincere, nam præterquam, quod non David (ut A. falsò exiſtimat) ſed Aſaph cantici hujus auctor ſit, ut ex v. 1. videre eſt, & verba poſteriora à textu Ebræo plane abſint, id cum primis advertendum eſt, ſermonem hic & in toto Pſalmo eſſe, partim de ingenti aliquâ calamitate populi Judaici, partim de ſingularibus illis beneficiis, quibus Iſraëlitas Deus multis antè ſeculis affecerat, quæ ſibi auctor Pſalmi in memoriam revocat. Ita enim ille v. 3. *in die tribulationis Dominum quæro*, v. 4. *memor ſum Dei, & meditor*, v. 8. *nunquid in æternum projiciet Deus?* v. 10. *nunquid oblitus eſt miſereri?* v. 12. *memor ſum*

*ope-*

*operum Domini, memor sum ab initio mirabilium tuorum* v. 16. *redemisti populum tuum &c.* de supputatione autem annorum inde usque ab exordio mundi, in toto Cantico ne verbulum quidem occurrit.

# FINIS.



